

ICONES PLANTARUM
MEDICO-OECONOMICO-TECHNOLOGICARUM
CUM
EARUM FRUCTUS USUSQUE DESCRIPTIONE.

ReelBook
QK99
-A1
V.53
1804
v.2

VOLUMEN II.

CONTINENS
SEMISSEM ALTERUM PLANTARUM OFFICINALIUM
EDITIONIS ULTIMAE
PHARMACOPOEAE AUSTRIACO-PROVINCIALIS.

Abbildungen


aller
medizinisch-ökonomisch-technologischer Gewächse
mit der
Beschreibung ihres Gebrauchs und Nutzens.

Zweiter Theil,

welcher
die zweyte Hälfte der officinellen Gewächse
nach der
letzten Ausgabe der Oesterreichischen Provinzial-Pharmacopoe
enthält.

Absque dubio autem omnis cura vacabit, si genus passionis ignoretur.

Vegetius.



FERD. BERN. VIETZ,
Medicinæ Doct.

ICONES PLANTARUM
MEDICO-OECONOMICO-TECHNOLOGICARUM
cum earum

fructus ususque
descriptione.

VOLUM. I.

Ferd. Bern. Vietz
der Heilkunde Doktor

Abbildungen aller medizinisch-
ökonomisch-technologischer

Gewächse

samt der Beschreibung ihres Nutzens und
Gebrauches.

Zweiter Band.

Wien herausgegeben von Ignatz Albrecht, und verlegt bey Phil. Jos. Schalbacher.
Verleger des allg. Deutschen Atlases.

Præfatio.

Lectori benevolo volumen nunc alterum iconum plantarum medico-œconomico-technologicarum trado, & ob nimiam evulgationis retardationem, veniam ut petam, oportet. Ad excusandam culpam, nihil est, quod adducam, nisi multos labores, multaque negotia ac impedimenta varia improvisa, quæ, tametsi votum hoc esset unicum meum, ad finiendum opus nequaquam necessarium mihi committerent otium.

Alter plantarum, in pharmacopœæ austriaco-provincialis editione novissima anni 1794 recensitarum, semitis hoc complectitur volumine a tab. 111. (Lapathum acutum) ad tab. 220. (Zingiber); accedunt simul duæ plantarum

Vorrede.

Der geneigte Leser erhält jetzt den zweyten Band von den Abbildungen der medicinisch-ökonomisch-technologischen Gewächse, und ich sehe mich wirklich gezwungen, wegen der zu lange verschobenen Herausgabe desselben, um gütige Rücksicht zu bitten. Zu meiner Entschuldigung kann ich weiter nichts, als die vielen Arbeiten, häufigen Geschäfte und die verschiedenen andern Hindernisse anführen, welche mir die zur Vollendung dieses Werkes nothwendige Muße raubten, und mich, obschon es mein innigster und einziger Wunsch war, an der Ausführung desselben verhinderten.

Dieser gegenwärtige Band enthält die zweite Hälfte der in der neuesten Ausgabe der österreichischen Provinzial-Pharmacopœ vom Jahr 1794 aufgezählten Gewächse: von der 111. Tafel (Lapathum acutum Grindwurz) bis

Species in dispensatorii appendice adductæ: nempe magnolia glauca (tab. 221.) & chenopodium ambrosioides (tab. 222.), cum cynomorium coccineum tabula jam 136. depictum est, & geoffroya inermis in volumine quodam subsequenti secundum ordinem alphabeticum locum habebit.

Verum tres habemus plantarum species, quarum quælibet duabus illustratur iconibus: nempe laurus nobilis (tab. 114. a. & 114. b.), juniperus sabina (tab. 172. a. & 172. b.) ac rhamnus catharticus (tab. 198. a. & 198. b.) de quibus frondes floribus masculinis & frondes floribus foemininis speciatim depictæ occurrunt. Hac causa præsens volumen secundum, etiamsi numerorum notæ tantummodo seriem a III ad 222 prosequuntur, centum & quindecim tabulas æneas continet.

Cujusvis plantæ character botanicus, usus atque in arte medica applicatio brevibus exponuntur verbis; & in exarando hoc volumine idem labor idemque modus ac in priori observabatur, ita, ut

zur 220. Tafel (Zingiber Ingwer); zugleich folgen noch zwey Gewächsgattungen, welche im Anhange dieses Dispensatoriums angeführt sind: nemlich die graue Magnolie (Magnolia glauca) auf der 221. Tafel, und das mexikanische Traubenkraut (Chenopodium ambrosioides) auf der 222. Tafel, indem die Hundsruthe (Cynomorium coccineum) schon auf der 136. Tafel abgebildet ist, und der Wurmrindenbaum (Geoffroya inermis) in einem der folgenden Bände, der alphabetischen Ordnung gemäß, seinen Platz haben wird.

Es sind aber drey Arten von Gewächsen, von denen ein jedes mit zwey Kupfertafeln versehen ist; nemlich der Lorbeerbaum (Laurus nobilis tab. 114. a und 114. b) der Seebaum (Juniperus Sabina tab. 172. a. und 172. b.) und der Kreuzbeerstrauch (Rhamnus catharticus tab. 198. a. und 198. b.) von welchen überall Zweige mit männlichen Blüthen und Zweige mit weiblichen Blüthen auf einer Platte besonders abgebildet zu finden sind. Aus dieser Ursache enthält auch gegenwärtiger zweyter Band hundert und fünfzehn Kupfertafeln, obschon die in der gehörigen Ordnung fortlaufenden Zahlen nur von III bis 222 reichen.

Bei einer jeden Pflanze ist der botanische Charakter, ihr Gebrauch und Anwendung in der Heilkunst, ohne weitläufig zu seyn, ganz in gedrängter Kürze angegeben; und man hat überhaupt, bey der Ausarbeitung dieses gegen-

ad dicendum nihil necesse existimem, quod non in voluminis primi præfatione jam dictum fuisset. Unicam solummodo notationem paucis repetam: me, in explicatione usus cujusvis stirpis, operam navasse, opus præfens materiam medicam inter & onomatologiam tenere medium, ut modo ab orationis copia prioris, modo a brevitate nimia posterioris æquidistet. Medicus enim praxin exercens, in cujus singularem usum prima duo volumina conscripta, & a reliquis, ut opus integrum per se constituent, quasi separata sunt, nequaquam ad specialem ægrotantium pertractationem discendam hunc adibit librum, in quem finem auctores rei medicæ consulat, sed in memoriæ adminiculum duntaxat eum perlustret, & tunc certe, brevem quidem, verum accuratam inveniet epitomen.

Quod ad ipsas plantarum icones attinet, a judicibus æquanimis, qui impedimenta ac difficultates, quæ cum editione operis, tabulis æneis coloratis infracti, ob variorum artificum labores conjuncta

wärtigen Bandes, eben denselben Fleiß und die nehmliche Methode, wie bey dem vorhergehenden, beobachtet; so zwar, daß es allerdings überflüssig seyn würde, hier wieder etwas zu erinnern, was doch schon in der Vorrede zum ersten Bande gesagt wurde. Ich erlaube mir nur die einzige Bemerkung ganz kurz zu wiederholen: daß ich nehmlich bey der Beschreibung des Gebrauches eines jeden einzelnen Gewächses bemüht war es dahin zu bringen, daß das gegenwärtige Werk zwischen einer Materia medica und einer Onomatologie gleichsam in der Mitte stehe, und sowohl von dem ausführlichen Umfange der erstern, als auch von der zu gedrängten Kürze der letztern gleichweit entfernt sey. Denn der praktische Arzt, für welchen die zwey ersten Bände eigentlich ganz allein zusammengetragen, und daher auch von den übrigen gleichsam getrennt sind, so daß sie ein eigenes für sich bestehendes Werk ausmachen, wird gewiß nicht zu diesem Buche seine Zuflucht nehmen, um daraus die specielle Behandlung seiner Kranken zu erlernen, in welcher Absicht er die eigentlichen Schriftsteller der Arzneywissenschaft um Rath fragen muß; sondern er wird dasselbe, bloß um seinem Gedächtnisse zu Hilfe zu kommen, nachschlagen, und in dieser Rücksicht einen, obgleich kurzen, aber doch genauen und richtigen Auszug finden.

Was aber die Abbildungen der Pflanzen selbst betrifft: so glaube ich von unparteylichen Richtern, die die Hindernisse und Beschwerlichkeiten kennen, welche mit der Herausgabe eines Werkes verknüpft sind, das mit colorir-

sunt, non ignorant, sententiam acerbam ac malevolam haud exspecto. — Domini librorum censes, Jenæ *) & Lipsiæ **) degentes, in voluminis primi recensione, opinionem meam suo confirmavere judicio; hic tamen nonnullis in rebus a me dissentire videtur, in quibus & variationem instituentam esse suadet. Primum, in delectu plantarum nonnullas officinales a me omissas esse, affirmat, quod & ego lubenter concedo: sed cum, secundum operis constitutionem, prima duo volumina plantas solummodo in pharmacopœæ austriacæ editione novissima enumeratas complecterentur, nulla præterea recipi poterat, & hujus libri participes, editionem voluminum subsequen-
tium, in quibus neglectas invenient, ut expectent, obsecro. Reliquæ vero censoris objectiones partim, finito jam volumine tertio, suas sponte disparebunt, & quasdam benevolas, quantum in me erit, partim exequi studebo.

ten Kupfertafeln versehen ist, ein nicht ungünstiges Urtheil erwarten zu dürfen, indem die gemeinschaftliche Arbeit so vieler Künstler dazu nothwendig ist. — Die Herren Recensenten von Jenæ *) und Leipzig **) haben meine Meynung durch ihr Urtheil, welches sie über den ersten Band fällten, allerdings bestätigt; doch scheint letzterer in einigen Dingen keinesweges mit mir überein zu stimmen, in welchen er auch den Wunsch äußert, daß eine Abänderung getroffen werden möchte. Zuerst beschuldiget er mich, daß ich, bey der Auswahl der Pflanzen, einige, die doch auch officinell wären, ausgelassen hätte, was auch ich ganz gern eingestehet: da aber, nach dem Plane dieses Werkes, die ersten zwey Bände bloß jene Pflanzen enthalten sollen, die in der letzten Ausgabe der österreichischen Provinzial-Pharmacopœe angeführt sind, so konnte sonst keine andere darinn aufgenommen werden, und ich ersuche die Herren Abnehmer dieses Werkes sich bis zur Erscheinung der folgenden Bände zu gedulden, wo sie sodann die hinweggelassenen gewiß finden werden. Die übrigen Einwendungen des Herrn Recensenten werden hingegen zum Theil schon nach geendigtem dritten Bande, von selbst verschwinden, und einige der übrigen wohlmeinenden Erinnerun-

*) Allgemeine Literaturzeitung, Jena 1800. 4ter Band vom Monat Decemb. Nrö. 343.

**) Deutsche Flora, oder Leipziger Jahrbuch der neuesten Literatur, v. Septemb. 1800. im 38ten Stück.

In voluminis primi præfatione, iconem ut mihi piperis cubebæ indicarent, ab eruditis rogavi, cum nec planta ipsa, aut viva aut siccata, nec ejus imago qualicunque in libro, a me in hunc finem perlustrato, detegi potuissent. Dominus censor certio rem me reddit, hujus plantæ imaginem apud Gaertner *) inveniri posse; sed & hic semina tantummodo fructusque, prout libri titulus jam abunde demonstrat, non integra planta depicta apparent. Etiam in Valentini operibus **) ulla quidem cubebæ figura, sed adeo infima conspicui potest, ut nequaquam depingi mereatur; hinc petitionem meam, pro indicanda piperis cubebæ icone bona, ut repetam, cogor.

In præsentis quoque volumine secundo veratri lutei ac pterocarpi santalini iconem tradere non potui, quum nec plantas ipsas nec earum delineationem investigare valerem. Verum ne

gen, werde ich, so viel es in meinen Kräften steht, zum Theil zu befolgen suchen.

In der Vorrede zum ersten Band ersuchte ich die Gelehrten, daß sie mir eine Abbildung der Cubebe (Piper Cubeba) anzeigen möchten, weil ich nicht so glücklich war weder die Pflanze selbst, lebendig oder getrocknet, noch eine Zeichnung von ihr in was immer für einem Buche, das ich in dieser Absicht durchsuchte, auffinden zu können. Herr Recensent versichert mich, daß ich bey Gärtner *) eine Abbildung von dieser Pflanze finden könne; allein hier sind ebenfalls auch nur die Saamen und Früchte, nicht aber die ganze Pflanze abgebildet zu sehen, wie der Titel des Buches selbst schon hinlänglich zu erkennen giebt. Auch bey Valentin in seinen Werken **), kann man eine Figur der Cubebe sehen, die aber so schlecht gerathen ist, daß sie es gar nicht verdienet abgezeichnet zu werden; ich bin daher gezwungen, meine Bitte, um Anzeige einer brauchbaren Abbildung des Cubebenstrauchs zu wiederholen.

Auch in diesem gegenwärtigen zweyten Bande konnte ich von der weißen Nieswurzel mit gelber Blüthe (Veratrum luteum) und vom rothen Santelholzbäume (Pterocarpus santalinus) keine

*) De fructibus et seminibus plantarum. Volum. II. Tab. 92. Fig. 1.

**) Museum Muscorum, oder vollständige Schaubühne aller Materialien und Specereyen etc. II. Band. Seite 297.

numerorum series interrumpatur, in locum prioris (tab. 171.) salicem fragilem & in locum posterioris (tab. 180.) santalum album depingenda curavi, & plantarum omissarum icones, quando sicubi invenirem, suo tempore comparebunt.

Juniperus lycina ad exemplar sicum depicta est, cum iconem aliam exquirere diu frustra conatus fuerim. Quidam Dominus censor *) in Lobelii iconibus tab. 221. talem mihi monstrare voluit; sed ille, qui in sua libri praesentis recensione nimiam omnino adhibebat curam ac asperitatem, imaginem certe non in normam commendasset, quae nulla ex parte usui esse potest, si ipsa Lobelii opera, nisi ex allegatione aliqua, cognovisset. Caeterum, quam diu mos, libri partem recensione subicere, antequam finita praelum reliquerit, jam inductus sit, nescio.

Abbildung liefern, weil ich weder die Gewächse selbst, noch eine Zeichnung von ihnen zu erhalten im Stande war. Damit aber die fortlaufende Ordnung der Nummern nicht unterbrochen werden durfte, so ließ ich an die Stelle der erstern (tab. 171.) die Bruchweide (*Salix fragilis*) und an die Stelle des letztern (tab. 180) das weiße Santelholz (*Santalum album*) abmalen; die Abbildungen der ausgebliebenen Pflanzen hingegen sollen zu seiner Zeit, wenn ich sie irgend wo finden werde, erscheinen.

Den lycischen Wachholderstrauch (*Juniperus lycina*) habe ich nach einem getrockneten Exemplar abbilden lassen, weil ich mir zuvor lange vergebens die Mühe gab, sonst irgend eine andere Figur davon aufzufinden. Ein Herr Recensent *) war so gütig, mich deswegen auf die 221. Tafel von Lobels Kupfertafeln hin zu weisen; allein er, der in der Recension des gegenwärtigen Buches auf eine überaus große Sorgfalt und Strenge Anspruch machte, würde diese Abbildung sicher nicht als ein Muster zur Nachahmung empfohlen haben, die doch in keiner Rücksicht als brauchbar anerkannt werden kann, wenn er die Werke des Lobelius selbst, ausser nur aus Citationen, gekannt hätte. Uebrigens weiß ich nicht, wie lange es wohl schon Sitte seyn

*) Allgemeine Literaturzeitung, Jena v. S. Junius 1807.

Sed de his satis, ac sententiam a iudicibus, neutram in partem motis, expecto.

Viennæ mense Octobri. 1803.

V i e t z

mag, einen Theil eines Buches zu recensiren, bevor er noch als vollendet die Presse verlassen hat.

Doch genug über diesen Gegenstand, und ich erwarte nun, von unparteylichen Richtern, ruhig mein Urtheil.

Wien im Monath October 1803.

B i e s.

N a c h t r a g

z u m

Pränumeranten = Verzeichnisse.

Herr N. Adant.

— N. Almon.

— N. v. Benedict.

— Joh. v. Boley.

— Antimos von Casis.

— Gerhart.

— N. Grittner.

— N. Guilielmo.

— N. v. Heroviz.

— N. v. Hivay.

— N. Anton Hofmann.

— N. Hofmann.

Frau Magdalena v. Kesaer.

Herr Kajetan Karl Knirsch.

— Kofler M. D.

— Martin Koblmann.

— N. v. Langenau.

— Michael Lakner.

— N. Lautner.

— N. Mäurer.

Herr N. Minegatti.

— N. v. Pfaff.

— Richter Ober-Arzt.

— Joseph Schlegel, Apotheker zu Freysach.

— Karl Schimmer, Apotheker in Laybach.

— N. Scholz.

— N. Schrott.

— Leopold Stadler.

Frau A. C. v. E. S. f. B.

— Ludmilla Gräfin v. Traun.

Herr Unterrichter von Nechtal.

— N. v. Ufang.

— N. v. Waldeck.

— Math. Wald.

— N. v. Waldinger.

— Adam Winkler, Ch.

— N. v. Wirth.

— Joh. Dani.

— Brenner, in Weyer.



LAPATUM ACUTUM. Off.
Rumex acutus. Bot.
Grindwurz.

Tab. CXI.

LAPATHUM ACUTUM. *Officin.*

Rumex acutus. *Botanic.*

Oxylapathum, Lapathum sylvestre angustifolium, Rumex acuta, Gallis, Renebre, Patience sauvage. Anglis, Sharppointed Dock.

Classis VI. Hexandria. Ordo III. Trigynia.

Genus. Calyx triphyllus. Petala tria, conniventia. Semen unicum triquetrum.

Species. Rumex floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis; foliis cordato-oblongis acuminatis.

Habitat per omnem fere Europæ partem in locis humidis, ad fossas, fluvios, vias atque in pratis. Floret Junio radice perenni.

In pharmacis habetur radix.

Radix est frequenter in plures ramos divisa, qui lineam horizontalem persequuntur, pollicis crassitiam, imo majorem, texturam lignosam, figuram cylindricam, vel paucis vel pluribus fibris instructam, colorem externe fuscum, interne flavum, odorem ingratum, saporem amarum, adstringentem, acrem,

111. Tafel.

Die Grindwurzel.

Gemeine Grindwurzel, Hungerkraut, spitziger Ampfer, Lendentkraut, Pferdeampfer, Wardenwurzel, rother Hederich, Schorflattich, wilder Mangold, gelbspitzige Ochsenzunge, wilde Rhabarbar, Zitterwurz, Halbpferd, halbe Gäule, Dübentkraut, Mengelwurz, Strippert, Menwelwurz, Streifwurz. Franz. Renebre, Patience sauvage. Engl. Sharp-pointed Dock.

6. Klasse. Sechsmännige. 3. Ordnung. Dreyweibige.

Gattung. Der Kelch dreyblättrig. Drey zusammenschließende Blumenblätter. Ein einziger dreyseitiger Saame.

Art. Grindwurz mit Zwitterblumen; gezähnten, saamentragenden Klappen; und geherzt-länglichten, zugespitzten Blättern.

Sie wächst heynaher durch ganz Europa im feuchten Boden, an Gräben, Flüssen, Wegen, und auf Wiesen. Sie blühet im Junius, und ist ausbaurend.

In den Apotheken hat man die Wurzel.

Die Wurzel ist gewöhnlich in mehrer Aeste getheilt, welche eine wagrechte Lage beobachten, eines Daumens dick, oder auch noch dicker sind, ein holziges Gewebe, eine walzenförmige Figur mit wenigern oder mehreren Wurzelfasern versehen, von aussen eine braune, von innen eine gelbe Farbe, einen widerlichen Geruch, einen bitteren zusammenziehenden, schar-

rheo parum ab similem occupant, & salivam inter masticationem flavo tingunt colore.

Gaudet viribus adstringentibus, roborantibus, antisepticis, in majore dosi alvum promoventibus.

Ordinatur interne frequenter sub forma decocti in pluribus morbis; ut in profluviiis cruentis, diarrhoea, scorbuto, febribus intermittentibus & hydrope. Laudatur quoque in variis eruptionibus cutaneis, habitu cachectico junctis. Dosis uncia semis, integra ad aquæ libram.

Externe commendatur decoctum saturatum, id est, ex duplici radicis copia confectum ad lavandam psoram, porriginem, ad mundanda ulcera sordida, inveterata, gangrænosa, & ad collucendum os aphtis obsessum.

fen, von der Rhabarbar wenig verschiednen Geschmack haben, und während dem Kauen den Speichel gelb färben.

Sie besitzt zusammenziehende, stärkende, fäulnißwidrige, und in größerer Gabe den Stuhlgang befördernde Arznekräfte.

Man verordnet sie vorzüglich in der Gestalt eines Absudes bey mehreren Krankheiten, als Blutflüssen, Durchfällen, im Scharbock, bey Wechselfiebern, und in der Wassersucht. Auch rühmt man sie bey verschiedenen Hautauschlägen, welche mit Cachexie vergesellschaftet sind. Die Gabe ist eine halbe, oder auch ganze Unze auf ein Pfund Wasser.

Außerlich empfiehlt man den gesättigten, das ist, mit einer doppelten Menge der Wurzel bereiteten Absud zum Waschen bey der Krätze, schuppichten Flechte, zur Reinigung unreiner, veralteter, brandiger Geschwüre, und um den mit Schwämmchen besetzten Mund auszuspülen.

Tab. CXII.

LARIX. *Officin.*

Pinus Larix. *Botanic.*

Gallis, Larice, Larche, Melese, Meleze. Anglis, Larchtree.

Classis XXI. Monœcia. Ordo IX. Monadelphia.

Genus. Masc. Calyx tetraphyllus. Corolla nulla. Stamina plurima. Antheræ nudæ.

Fœm. Strobilus constans squamis bifloris. Corolla nulla. Pistillum unicum. Nuxala membranacea excepta.

Species. Pinus foliis fasciculatis, mollibus, obtusiusculis, bracteis extra squamas strobilorum extantibus.

112. Tafel.

Der Lerchenbaum.

Lerchentanne, Leerbaum, Lerbaum, Brechtanne, Rothbaum. Franz. Larice, Larche, Melese, Meleze. Engl. Larchtree.

21. Klasse. Halbgetrennte. 9. Ordnung. Einbrüdrige.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch vierblättrig. Blumenkrone keine. Staubgefäße sehr viele. Die Staubbeutel nackt.

Weibliche Blume. Der Zapfen besteht aus zweiblühigen Schuppen. Blumenkrone keine. Staubweg einer. Die Nuß mit einer häutigen Einfassung umgeben.

Art. Fichte mit büschelweisstehenden, weichen, etwas abgestumpften Blättern, und außer den Schuppen der Zapfen sich befindenden Blattdecken.



LARIX. Off.
Pinus Larix. Bot.
Lerchenbaum.

W. G. ...

Colit sylvas montosas Vallisæ, Helvetiæ, regionis Tridentinæ, Comitatus Tirolensis, Styriæ, Carinthiæ, Hungariæ, Bohemiæ, Austriæ, Silesiæ, Sibiriciæ & Corinthiæ. Floret hæc arbor Majo & Junio.

In officinis profiant ejus balsamum terebinthina dictum, oleum terebinthinae & terebinthina cocta.

Quatuor enumerantur terebinthinae species, nempe terebinthina vulgaris Pini sylvestris, terebinthina veneta vel larigna Pini Laricis, terebinthina argentoratensis Pini Piceæ, terebinthina cyprica Pistaciæ terebinthi. De secunda nunc specie de cæteris alio dicturus sum loco. Est succus resinoso-oleosus, qui vel ex corticis Pini Laricis fissuris sponte exsudat, vel ex ejus foraminibus aliquot pedes supra terram terebra factis elicitur, tenax, pellucidus, mellis aut syrupi consistentiæ, recens ex albo flavescens, vetustior lutei coloris, odoris fortis, resinosi, ingrati, saporis amaricantis, pungentis, nauseosi. Advehitur non solum ex Venetia, unde nomen quidem traxit, sed etiam ex Germania meridionali, Sabaudia, Helvetia, Delphinatu & America septentrionali. In usum pharmaceuticum eligatur terebinthina recens, liquida, pellucidior & albidior, cujus guttula ungui instillata adhæret; contra rejiciatur densa, tenax, flava aut subfusca. Spiritus terebinthinae, melius oleum terebinthinae essentielle paratur per terebinthinae destillationem vel cum vel sine aqua affusa. Est limpidum coloris ex albido pallide flavescens, saporis acris, calidi, odoris fortis, penetrantis terebinthinacei. Oleo pini contaminatum odore cognoscitur mere resinoso,

Das Vaterland dieses Baumes sind die bergichten Wälder des Walliser Landes, der Schweiz, der Gegend um Trient, der Grafschaft Tirol, Steyermark, Kärnten, Ungarn, Böhmen, Oesterreich, Schlesien, Sibirien und Corinth. Er blühet im May und Junius.

In den Apotheken findet man seinen Balsam insgemein Terpenthin, das Terpenthinöl und den gekochten Terpenthin.

Man zählet viererley Arten Terpenthin; nemlich gemeinen Terpenthin von der gemeinen Fichte, venedischen, oder Lerchen-Terpenthin von dem Lerchbaume, Straßburger Terpenthin von der Weißtanne, und Cyprischen Terpenthin von dem Terpenthinbaume. Ich werde hier nur von der zweyten Gattung, von den übrigen aber an einem anderen Orte sprechen. Der venedische Terpenthin ist ein harzig-schlichter Saft, der aus den Rissen der Rinde des Lerchbaumes entweder von sich selbst ausschwißet, oder durch Löcher, die man einige Fuß über der Erde mit einem Bohrer in dieselbe gemacht hat, gewonnen wird. Er ist zähe, durchsichtig, hat die Dichte des Honigs oder Syrupes, wenn er noch frisch ist, eine weißgelbliche, wenn er aber älter geworden, eine hochgelbe Farbe, einen starken, harzigen, unangenehmen Geruch, und einen bitterlichen, beissen den, widrigen Geschmack. Er wird nicht allein von Venedig, woher er seinen Namen hat, sondern auch aus dem mittägigen Theil von Deutschland, aus Savoyen, der Schweiz, dem Delphinat und aus Nordamerika zu uns gebracht. Zum Arzneygebrauche wählet man den frischen, flüssigen, mehr durchsichtigen und weißern Terpenthin aus, der, wenn man einen Tropfen davon auf den Nagel des Fingers gibt, nicht leicht abläuft. Im Gegentheil aber verwirft man den festen, zähen, gelben oder bräunlichten. Der Terpenthingeist, oder besser das eigentliche Terpenthinöl

& eo, quod resinosa solida, verbi gratia Copal vel sandaracam minime solvit. Repetita olei destillatione obtinetur oleum terebinthinæ æthereum fervidissimum. Terebinthina cotta vel resina flava dicta est sola terebinthinæ pars resinosa, cum antea coctione cum aqua pars oleosa atque volatilis fuerit educta. Talis obtinetur etiam ex residuo post olei terebinthinæ destillationem. Apparet dura, transparentis, coloris obscure flavi, odore paucò terebinthinaceo, & sapore resinoso, aliqua ex parte empyreumatico instructa. De Colophonio plura alibi loquar.

Exercet vires stimulantés, calefacientes, diureticas, alvum moventes & antisepticas.

Ufus terebinthinæ internus commendatur in viarum urinalium mucositate cum laxitate juncta, in gonorrhœa chronica pertinaci ac maligna, calculo vesicæ urinariæ, fluore albo, podagra, rheumatismo chronico & arthritide. Ordinatur plerumque in pilulari forma a scrupulo dimidio ad drachmam usque. Etiam emulsionibus terebinthina vitello ovi aut mucilage gummi arabici subacta superaddi potest. Oleum terebinthinæ propinatur in rheumatismo, malo ischiadico, artuum rigiditate chronica, & cum alcohole combinatum contra vesicæ selesæ calculos, a guttis sex,

wird durch das Destilliren des Terpenthins mit oder ohne hinzugegossenem Wasser bereitet. Es ist klar, blaß weißgelb; hat einen scharfen, brennenden Geschmack, und einen starken, durchdringenden Terpenthingeruch. Wenn es mit dem Fichtenöhle verfälscht ist, so kann man es an dem bloß harzigen Geruche, und zugleich auch daraus erkennen, daß es die festen Harze, wie z. B. das Copal oder den Sandarak nicht auflöset. Wird das Terpenthinöl noch ein Mal destillirt, so erhält man ein ätherisches sehr brennendes Oehl. Der gekochte Terpenthin, oder das gelbe Harz, Terpenthinharz, ist der bloß harzige Bestandtheil des Terpenthins, nachdem zuvor durch Kochen im Wasser die öhlichten und flüchtigen Theile ausgezogen worden sind. Man erhält es auch aus dem Ueberreste nach der Destillation des Terpenthinöhles. Es ist hart, durchscheinend, von dunkelgelber Farbe, riecht etwas wenig nach Terpenthin, und hat einen harzigen auch zum Theil empyreumatischen Geruch. Von dem Beigenharze werde ich an einem andern Orte sprechen.

Seine Arznekräfte sind reizend, erhitend, harn-treibend, den Stuhlgang befördernd und der Fäulniß widerstehend.

Man empfiehlt den innerlichen Gebrauch des Terpenthins in Verschleimung der Urinwege, wenn sie mit Schlappheit verbunden ist, im lange währenden, hartnäckigen und bözartigen Tripper, wider den Stein in der Harnblase, im weissen Flusse, Podagra, chronischen Rheumatismus und der Gliedersucht. Man verordnet ihn gewöhnlich in Pillen von einem halben Skrupel bis zu einer ganzen Drachme. Auch zu Emulsionen kann der Terpenthin, wenn er zuvor mit Eyerdotter oder arabischem Gummi abgerieben worden ist, zugesetzt werden. Das Terpenthinöl gibt man im Rheumatismus, dem Hüftwehe, und in Verbindung mit Alkohol wider den

senfim augendo dosin ad duodecim usque. Terebinthina cocta minus stimulans majori quodammodo dosi iisdem in morbis adhiberi potest, sed certe minori cum effectu. Ab omnibus his remediis terebinthinaceis urina odorem plus minusve violaceum induit. Diathesis inflammatoria, vel ipsae inflammationes viarum urinalium locales omnem terebinthinæ usum excludunt, cum inde febris simul ac inflammationes auferentur, & nova symptomata gravia ut stranguria, diabetes, urina cruenta e. a. exoriantur.

Usus terebinthinæ externus interno multum frequentior. Adhibetur ad varia unguenta aut emplastra stimulantia atque pyosin promoventia. Unguentum digestivum, balsamum, vel melius unguentum Arcæi, maximam in compositione sua continent terebinthinæ partem. Enemata cum terebinthinæ vitello ovi subactæ drachma vel drachma una & dimidia, conducunt in colica præprimis saturnina & alvi obstructionibus pertinacibus. Oleum terebinthinæ calidum tumoribus frigidis, mucosis aut pernionibus infriatum commendatur ut optimum discutiens. Tendinibus, nervis & aponevrosibus vulneratis calide instillatum tollit dolores & promovet suppurationem benignam. In gangræna, ossium carie omnium medicamentorum externorum oleo terebinthinæ nihil egregius; quia putredini resistit, & nec suppurationem, nec separationem partis mortuæ a viva impedit.

Stein der Gallenblase, von sechs Tropfen, indem man nach und nach mit der Dosis bis auf zwölf aufsteiget. Das Terpenthinharz, welches weniger reizend ist, kann man in allen diesen Krankheiten in einer etwas größeren Gabe abreichen, aber mit einem weit schwächeren Erfolge. Von allen diesen Terpenthin-
Arzneyen bekommt der Harn einen mehr oder weniger weilschenartigen Geruch. Wenn eine entzündliche Anlage oder wirkliche örtliche Entzündungen der Harnwege zugegen sind, so muß man den Gebrauch des Terpenthins nicht versuchen, weil dadurch Fieber und Entzündungen vermehret, und auch neue böse Symptomen als Strangurie, Harnruhr, blutiges Harnen, u. a. m. verursacht werden würden.

Der äußerliche Gebrauch des Terpenthins ist weit häufiger als der innerliche. Man gebrauchet ihn zu verschiedenen Salben und Pflastern, welche einen Reiz hervorbringen und die Kochung des Eiters befördern. Die sogenannte Digestivsalbe und der Balsam oder besser die Salbe des Arcæus haben in ihrer Mischung den Terpenthin als ihren größten Bestandtheil. In der Kolik, hauptsächlich Bleykolik und bey hartnäckigen Verstopfungen des Stuhlgangs leisten Klystire mit einer oder anderthalb Drachmen Terpenthin mit Eyerdotter abgerieben, vortreffliche Dienste. Das Terpenthinöl empfiehlt man warm auf kalte und wässerige Geschwülste oder Frostbeulen eingerteben, als ein sehr gutes zertheilendes Mittel. Das in verwundete Nerven, Sehnen, sehnichte Ausbreitungen geträufelte warme Terpenthinöl vertreibt die Schmerzen, und befördert eine gute Eiterung. In kalten Brande, und bey dem Beinfrass verdienet das Terpenthinöl vor allen übrigen äußerlichen Arzneimitteln den Vorzug; weil es der Fäulnis widersteht, und weder die Eiterung, noch

Tab. CXIII.

LAVANDULA. *Officin.*Lavandula Spica. *Botanic.*

Spica, Lavendula, Pseudonardus, Spica vulgaris, Spicanardus germanica, Lavendula latifolia, & angustifolia, Lavandula minor, Lavandulamas & foemina. Gallis, grand Lavande, Aspic, Nard, Anglis, Lavender.

Classis XIV. Didynamia. Ordo I. Gymnospermia.

Genus. Calyx ovatus, subdentatus, bractea suffultus. Corolla resupinata. Stamina intra tubum.

Species. Lavandula foliis sessilibus, lanceolato-linearibus, margine revolutis; spica interrupta nuda.

Invenitur hic frutex spontaneus in Hispania, Italia, Gallia meridionali, Helvetia. In nostris hortis educatur cultura copiosissime. Floret Julio.

In pharmaciis habentur flores & acetum, aqua, oleum destillatum, spiritus inde parata.

Colliguntur spicae integrae florentes simul cum bracteis, calycibus & corollis ringentibus, coloris caerulei nonnunquam albi, odoris gratissimi, saporis amaricantis, calidi. Dantur praepriis duae Lavandulae species; latifolia vel hortensis, & angustifolia vel foemina dicta, quae vero a Linnæo ut varietates tantummodo ad unam eandemque classem numerabantur. In usum

die Absonderung des gesunden Theils von dem schon abgestorbenen verhindert.

113. Tafel.

Der Lavendel.

Lavander, kleiner Epik, deutscher Epikanard, schmal- und breitblättriger Lavendel. Franz. grand Lavande, Aspic, Nard. Engl. Lavender.

14. Klasse. Zweymächtige. I. Ordnung. Bedecktsaamige.

Gattung. Der Kelch eyrund, fast gezähnt, mit dem Deckblatte unterstüzt. Die Blumenkrone nach rückwärts umgeschlagen. Die Stäubgefäße innerhalb der Röhre.

Art. Lavendel mit aufstehenden, lanzettartigen, knienförmigen, am Rande zurückgerollten Blättern; und mit einer nackten, unterbrochenen Aehre.

Man findet diesen Strauch wildwachsend in Spanien, Italien, dem mittägigen Frankreich, der Schweiz. In unsern Gärten wird er sehr häufig künstlich gezogen. Er blühet im Heumonath.

In den Apotheken hat man die Blüthen und die davon verfertigten Präparate, als einen Essig, ein Wasser, destillirtes Oehl und einen Spiritus.

Man sammelt die ganzen blühenden Aehren zugleich mit den Deckblättern, Kelchen und rachenförmigen Blumenkronen, welche eine blaue, bisweilen auch eine weisse Farbe, einen sehr angenehmen Geruch, und einen bitteren, higen Geschmack haben. Es gibt hauptsächlich zwey Arten des Lavendels; und zwar den breitblättrigen oder Garten-Lavendel, und den schmalblättrigen oder weiblichen Lavendel, welche aber von Linnæe nur als



LAVANDULA. Off.
Lavandula Spica. Bot.
Der Lavendel.

pharmaceuticum præferantur Flores varietatis foliis angustioribus, & ante perfectam expansionem collecti, qui majorem olei ætherei partem continent. Oleum æthereum ex floribus sponte deciduis destillatum est pellucidum, ex albo flavum, odore florum suavi & sapore acri instructum. Destillatur primum in Galliæ regione monspelliaca & Italia, unde spiritu vini remixtum sub nomine Eau de Lavande ad nos adfertur. Oleum Lavandulæ in nostris destillatum regionibus & Oleum Spicæ dictum dignoscitur odore crudo & austero. Occurrit sæpe oleum Lavandulæ vel oleo terebinthinæ vel spiritu vini adulteratum, quorum primum copioso cum fumo nigro, tenso comburit & magnam materiæ nigræ piceæ quantitatem relinquit, alterum vero flamma pallide cærulescente, sine notabili fumo comburit, & paucam vernici similem materiam relinquit.

Gaudet viribus stimulantibus, calefacientibus & diaphoreticis.

Interne adhibemus Lavandulam in paralyfi, artuum tremoribus, debilitate senili, morbis pituitosis, & omnibus, qui simul notabili cum virium prostratione incedunt. Flores ordinantur in infuso ad unciam semis pro libræ unius quantitate. Olei guttæ tres aut quatuor saccharo detritæ commendantur in linguæ paralyfi. Aqua addatur mixturis stimulantibus ut vehiculum ad uncias aliquot.

Abänderungen betrachtet, und zu einer unbewendertelben Art gerechnet wurden. Zum Arzneygebrauche verdienen die Blüthen der schmalblättrigen Varietät, die noch vor ihrer vollkommenen Entwicklung eingesammelt worden sind, den Vorzug, weil sie eine größere Menge ätherischen Oehles in sich enthalten. Dieses ätherische Oehl wird aus den von sich selbst abgefallenen Blüthen destillirt, ist ganz durchsichtig, hat eine weißgelbe Farbe, den angenehmen Geruch der Blüthen, und einen scharfen Geschmack. Es wird meistens in Frankreich in der Provinz Montpellier und in Italien zubereitet, von da es mit Weingeist vermischt unter dem Nahmen Lavendelgeist (Eau de Lavande) zu uns gebracht wird. Das in unsern Ländern destillirte Lavendelöhl ist unter dem Nahmen Spiköhl bekannt, und unterscheidet sich durch seinen rohen und herben Geruch. Oft findet man das Lavendelöhl mit Terpenthinöhl oder Weingeist verfälscht. Das erstere verbrennet mit einem häufigen, dichten, schwarzen Rauche, und läßt eine große Menge von einer schwarzen pechartigen Materie zurück. Das zweyte verbrennet mit einer blaßblauen Farbe ohne merklichem Rauche, und läßt etwas weniges einer fientkähulichen Masse zurück.

Es besitzt reizende, erbigende und schweißtreibende Heilkräfte.

Innerlich gebrauchen wir den Lavendel bey paralytischen Zufällen, wider das Zittern der Gliedmassen, bey der vom hohen Alter herkommenden Schwäche, in schleimigen, und allen jenen Krankheiten, die zugleich mit einem merklichen Verluste der Kräfte verbunden sind. Man verordnet die Blüthen in einem Aufgusse zu einer halben Unze auf ein Pfund Wasser. Drey oder vier Tropfen Lavendelöhl mit Zucker abgerieben empfiehlt man bey einer Lähmung der Zunge. Das Wasser

Usus Lavandulæ externus interno multum frequentior. Flores recipiuntur ad cataplasmata sicca aut cucuphas contra tumores laxos & erysipelatodes, vel ad suffimenta, quibus linreamina imbuuntur & partes paralyticæ dolore rheumatico affectæ leniter fricantur. Spiritus Lavandulæ commendatur ut discutiens ad lavandas inflammationes leves perniones, & membra paralytica, & acetum Lavandulæ antisepticum dictum, in ossium carie, ulceribus gangrænohis. Oleum Lavandulæ usurpatur ad olfaciendum in vertigine, animi deliquio; nec non grati odoris causa ad varia unguenta composita.

Tab. CXIV.

LAURUS. *Officin.*

Laurus nobilis. *Botanic.*

Laurus vulgaris, Laurus regia, Laureus major sive latifolia, Daphne. Gallis, Laurier, Anglis, Laurel-tree, the Bay Tree.

Classis IX. Enneandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx nullus. Corolla quadripartita, nuda. Nectarium glandulis tribus, bifetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa monosperma.

Species. Laurus foliis venosis, lanceolatis, perennantibus; floribus quadrisidis dioicis.

Habitat hæc arbor in Tirolis calidioris, Forojulio, Litorali, copiosissime in agro fluminensi, prope Voloscam, Lauranam,

pflegt man als Vehikulum reizenden Mixturen zu einigen Unzen zuzusetzen.

Der äußerliche Gebrauch des Lavendels ist viel häufiger als der innerliche. Die Blüthen nimmt man zu trockenen Umschlägen oder Kräuterhauben wider wässrige oder rosenartige Geschwülste, auch zu Rauchwerken, um leinene Tücher zu durchräuchern, und damit paralytische oder mit rheumatischen Schmerzen behaftete Theile sanft zu reiben. Den Lavendelgeist rühmt man als ein zertheilendes Mittel, um damit geringe Entzündungen, Frostbeulen und paralytische Glieder zu waschen, und den Essig als ein der Fäulniß widerstehendes Mittel beym Beinfrass und brandigen Geschwüren. Das Lavendelöl gebraucht man als Riechmittel wider den Schwindel, und bey Ohnmachten, auch des angenehmen Geruches wegen als Zusatz zu verschiedenen Salben.

114. Tafel.

Der Lorbeerbaum.

Lorbaum, gemeiner Lorbeerbaum, Laurier. Franz. Laurier. Engl. Laurel-tree, the Bay-tree.

9. Klasse. Neunmännige. I. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Kelch keiner. Die Blumenkrone vier-mahl getheilt, nackt. Das Honigbehältniß besteht aus drey zweyborstigen, den Fruchtknoten umgebenden Drüsen. Die Steinfrucht einsamig.

Art. Lorber mit abrigen, lanzetsförmigen, ausbaurenden Blättern, und vier-spaltigen, in dem Geschlechtern ganz getrennten Blumen.

Diesen Baum findet man in wärmeren Gegenden Tirols; in Friaul, dem Litorale, sehr häufig. In der Landschaft Fiume, nahe bey Voloska,



LAURUS. off
Laurus nobilis, mas. Bot.
Der Lorberbaum.



Laurus. off.
Laurus nobilis foem. Bot.
Der Lorberbaum

in Abbazia vicinisque locis, in reliqua calidiore Italiae parte, Hispania, Gallia meridionali, Graecia & Asia australi. Floret primo vere.

In pharmaciis prostant fructus, & oleum excoctum.

Fructus sunt oblongo-rotundi, ab initio viridis, maturi profunde brunei, fere nigri caloris, rugosi, calyce non praediti, & cerasorum magnitudinis. Includunt nucleum fusci coloris, ovatum, in duas partes aequales vel jam divisum; vel saltem facile divisibilem, qui plano interno germine & pallidioris colore instructus apparet. Produunt odorem fragrantem, fortem, saporem pinguem, amarum, aromaticum. Drupae, vulgo baccae lauri, flaccidae & cariosae abjiciantur. Oleum baccarum lauri pressum, oleum laurinum dictum, confiat parte simul aetherea & parte unguinosa inter se conjunctis. Paratur ex fructibus maturis in aqua decoctis, & fortiter expressis, cum materia nunc oleosa aqua supernatans adimitur, & servatur. Haec coctio & expressio tam diu repetitur, donec omnis pars oleosa educta est. Monstrat hoc oleum colorem ex flavo viridem; consistentiam granulata butyraceam, odorem laurinum & saporem quidquam amarum. Solvitur penitus in aethere vitriolico, & ab alcohole vini color solummodo & oleum aethereum extrahitur. Adulteratur adipe suilla, quod solutione in aethere lactescente, & oleo terebinthinaeo, quod odore & sapore terebinthinaeo spiritus vini cum oleo suspecto triti dignoscitur. Viridi aëris mangonizatum viriditas saturata & spiritus salis

Laurata; in Babia und den benachbarten Orten, im übrigen wärmeren Theil von Italien, in Spanien, dem südlichen Theil von Frankreich, in Griechenland und im mittägigen Asien. Er blühet zu Anfang des Frühlings.

In den Apotheken hat man die Früchte, und das daraus gekochte Oehl.

Die Früchte sind länglicht rund, im Anfang grün, bey vollkommener Reife aber dunkelbraun, beynah schwarz, runzlicht, mit feinem Kelche versehen, und von der Größe einer Kirsche. Sie enthalten einen rothbraunen, eyrunden, in zwey gleiche Theile entweder schon getheilten, oder doch wenigstens leicht theilbaren Kern, der an seiner inneren ebenen Fläche eine bläßere Farbe hat, und mit dem Kerne versehen ist. Sie besitzen einen angenehmen, starken Geruch, und einen fetten, bitteren, würzhaften Geschmack. Die welken und angefressenen Steinfrüchte, oder wie man sie allgemein nennet, Lorbeern müssen aussondert werden. Das gepresste Oehl der Früchte des Lorbers, Lorberöhl oder Loröhl genannt, besteht aus einem ätherischen, und aus einem fetten Bestandtheil, die genau mit einander verbunden sind. Man bereitet es aus reifen, in Wasser abgekochten Früchten, die man hernach stark auspresst, wo sodann das auf dem Wasser schwimmende Oehl abgenommen, und zum Gebrauche aufbewahret wird. Dieses Kochen und Auspressen wird so lange wiederholt, bis alle öhlichten Theile vollkommen ausgezogen sind. Dieses Oehl hat eine gelbgrüne Farbe, eine körnichte, butterähnliche Konsistenz, einen Lorbergeruch, und einen etwas bitteren Geschmack. In Vitrioläther löset es sich gänzlich auf; vom rectificirten Weingeiste aber wird nur die Farbe und sein ätherischer Bestandtheil ausgezogen. Man pflegt es entweder mit Schweinfett oder mit Terpenthin zu verfälschen. Ersteres er-

ammoniaci volatilis cum oleo agitati color cæruleus denotat. Rejiciatur saturate viride, nimis fluidum, odoreque debile. Advehitur ex Hispania, Intulis fortunatis & Italia. Oleum baccarum lauri destillatum æthereum, limpidum, pellucidum, odoris fortis, saporis acris, fervidi non in nostris officinis habetur.

Gaudent fructus virtute stimulante, carminativa, calefaciente & diuretica.

Ufus baccarum lauri internus hodierno tempore perquam rarus. Adhibebatur quondam infusum ex uncia baccarum dimidia & aquæ vel vini libra paratum, nec non fructus ipsi in pulverem redacti ad scrupulum dimidium in colica flatulenta, contra digestionem a ventriculi mucositate aut laxitate depravatam, in chlorosi, hydrope incipiente. Oleum ad drachmam semis juribus carniæ traditum est rusticis in flatulentia medicamentum usitatissimum.

Externe adhibemus oleum laurinum pressum ad inungendas partes affectas in colica, ischiade, paralyfi & contra tumores frigidos. Etiam ad clysmata scopo carminativo usurpatur ad unciam unam. Frequentissime admiscetur pulvis fructuum lauri unguento ad scabiem, & unguentum Jasseri continet florum sulphuris, vitrioli albi, & pulveris

kennet man, wenn die Auflösung in Aether milchicht wird; letzteres aber an dem terpenthinähnlichen Geruche und Geschmacke, welchen der Weingeist an sich hat, der mit einem verdächtigen Lorberöhl abgerieben worden ist. Ist es mit Grünspan, um ein besseres Aussehen zu geben, vermengt, so kann man es leicht daran merken, wenn es selbst eine sattgrüne, und der mit diesem Oehle vermischte und geschüttelte flüchtige Ammoniakgeist eine blaue Farbe haben. Das gesättigtgrüne, zu viel flüßige und schwärzliche Oehl muß als untanzlich verworfen werden. Es wird aus Spanien, den Kanarischen Inseln und Italien zu uns eingeführt. Das destillierte Lorberöhl ist helle, durchsichtig, hat einen starken Geruch, einen scharfen brennenden Geschmack, und ist in unsern Apotheken nicht zu haben.

Die Früchte besitzen reizende, blähungentreibende, erhitze und harntreibende Heilkräfte.

Der innerliche Gebrauch der Lorbern ist heutzutag ungemein selten. Vorhin gebrauchte man einen Aufguß von einer halben Unze Lorbern mit einem Pfunde Wasser oder Wein, oder auch selbst die zu Pulver zerstoßenen Früchte zu einem halben Skrupel in der Windkolik, wider üble Verdauung, die von Verschleimung oder Schwäche des Magens herkommt, in der Bleichsucht, und im Anfange der Wassersucht. Das Lorberöhl zu einer halben Drachme in Fleischbrüh genommen, ist eines der gebräuchlichsten Mittel bey Blähungen unter den Bauerleuten.

Außerlich gebrauchen wir das Lorberöhl, um die leidenden Theile in Koliken, dem Hüftwehe, bey Schlagflüssen, und nicht entzündeten Geschwülsten einzusalben. Auch zu blähungentreibenden Klystiren pflegt man es zu einer Unze zuzusetzen. Am gewöhnlichsten gebraucht man die gepulverten Früchte des Lorbers als Zusatz zur Krähsalbe, und die Jassersche Salbe enthält Schwefelblumen,



LENTISCUS, MASTICHE. off.
Pistacia Lentiscus. Foemina. Bot.
Der Mastixbaum.

baccarum lauri partes æquales. Oleum destillatum, si proliat, unguentis nervinis & discutientibus addi potest.

Tab. CXV.

LENTISCUS. *Officin.*

Pistacia Lentiscus. *Botanic.*

Mastiche, Lentiscus vulgaris vel officinalis. Gallis, Lentisque. Anglis, Mastic-tree.

Classis XXII. Diccia. Ordo V. Pentandria.

Genus. Masc. Calyx communis amentum. Calyx proprius quinquefidus. Corolla nulla.

Fœm. Calyx communis nullus. Proprius trifidus. Corolla nulla. Styli duo. Drupa monosperma.

Species. Pistacia foliis abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis.

Habitat hic frutex in Istria, Insulis Venetis, Italia, Portugalia, Hispania, insulis Archipelagi & Palestina. Floret Junio.

In pharmaciis nostris servatur resina fruticis.

Resina pistaciæ lentisci, gummi mastix, resina lentiscina, gluten Romanorum, grana mastichis (Gallis, du Mastic. Anglis, Mastic) dicta, exsudat sponte in calidis regionibus ex ramorum fruticis cortice, copiosior vero facta incisione artificiali obtinetur. In Chio, Candia & aliis Archipelagi insulis educantur frutices in hunc scopum copiosissime,

weißen Vitriol und gepulverte Lorbern zu gleichen Theilen in ihrer Mischung. Das destillirte Oehl kann man, wenn es zu haben ist, Nerven- und anderen zertheilenden Salben beymischen.

115. Tafel.

Der Mastixbaum.

Zahnstockerbaum, ewiges Holz. Franz. Lentisque. Engl. Mastic-tree.

22. Klasse. Ganzgetrennte. 5. Ordnung. Fünfmännige.

Gattung. Männliche Blume. Der gemeinschaftliche Kelch ist ein Kästchen. Der eigentliche Kelch fünfspaltig. Blumenkrone keine.

Weibliche Blume. Gemeinschaftlicher Kelch keiner. Der eigentliche Kelch dreispaltig. Blumenkrone keine. Griffeln zwey. Die Steinfrucht einsamig.

Art. Pistazie mit abgebrochen gefiederten Blättern, und lanzettförmigen Blättchen.

Dieser Strauch wächst in Istrien, auf den Venetianischen Inseln, in Italien, Portugal, Spanien, auf den Inseln des Aegeischen Meeres und in Palestina. Er blühet im Junius.

In unsern Apotheken hat man das Harz dieses Strauches.

Das Harz des Mastixbaumes, imgemein Gummi Mastix, Mastixörner, römischer Leim (Franz. du Mastic. Engl. Mastic) schmilzt in warmen Ländern von sich selbst aus der Rinde der Aeste dieses Strauches aus; weit häufiger erhält man es aber mit Hülfe eines künstlichen Einschnittes. In Chio, Candia, und andern Inseln des Aegeischen Meeres wird zu diesem Ende dieser Strauch

atque largiuntur in locis antedictis majorem resinæ quantitatem quam in Portugalia, Hispania aut Italia. Advehitur in granis live lacrymis variæ magnitudinis & figuræ, rotundis præcipue, quæ sicca, fragilia, paulum subpellucida reperiuntur, atque fracturam æqualem, nitidam, colorem citrinum aut ex albo flavum, odorem dulcem, subballamicum, non ingratum, saporemque resinofum, aromaticum, quodammodo adstringentem produunt. Resina masticata mollior evadit & tenax, coloremque induit album, ac prunis tradita comburit grato odore. Solvitur in alcohole vini & oleis expressis, præcipue vero in oleo terebinthinæ & aliis oleis æthereis. In usum pharmaceuticum eligantur mastigis grana majora, ex albo flavescentia, semipellucida, sicca, nitida, odore grata, & rejiciantur profunde colorata, cærulescentia, fordida aut impura. Mastiche ex Chio insula, mastiche Chio dicta est optimæ notæ.

Possidet vires roborantes, adstringentes, & parum stimulant.

Interne ordinatur in morbis catarrhalibus mucosis, ventriculi laxitate & fluore albo ad scrupulum vel drachmam dimidiam pro dosi sub pulveris forma.

Externe adhibetur mastiche ut masticatorium ad proliciendam salivam atque roborandas gingivas laxas. Granum resinæ cavitati dentis carioli intrusum tollit dolores; etiam mastiche liquefacta, super linteam quasi emplastrum expansa, & regioni temporali aut retro aures applicata, mittigat nonnunquam odontal-

sehr häufig gezogen, und in diesen erstgenannten Orten gibt er auch eine größere Menge Harz von sich, als in Portugal, Spanien oder Italien. Man bringt es zu uns in Gestalt von Körnern oder Zähnen, die eine verschiedene Größe und Form haben, hauptsächlich aber rund, trocken, zerbrechlich, etwas wenig halbdurchsichtig, im Bruche eben, glänzend, von Farbe citronengelb oder weißgelb sind, und einen süßen, etwas balsamischen, nicht unangenehmen Geruch, dann einen harzigen, würzhaften, einigermaßen zusammenziehenden Geschmack besitzen. Das Mastix wird während dem Kauen weicher und zähe, und bekommt eine weiße Farbe; wird es auf glühende Kohlen gestreuet, so verbrennet es mit einem angenehmen Geruche. Es löset sich in Weingeist und den gepressten Öhlen, vorzüglich aber im Terpenthinöl und allen ätherischen Öhlen auf. Zum Arzneygebrauch muß man die größeren, weißgelben, halbdurchsichtigen, trocknen, glänzenden, angenehm rüchenden Mastixkörner auslesen; im Gegentheil aber die dunkel gefärbten, bläulichen schmutzigen oder unreinen verwerfen. Das Mastix aus der Insel Chio (Chiomastix) ist das beste.

Es besitzt stärkende, zusammenziehende und wenig reizende Heilkräfte.

Innerlich verordnet man es bey schleimigen, catarrhalischen Krankheiten, in Schwäche des Magens und bey dem weißen Fluße zu einem Strupel oder einer halben Drachme auf ein Mahl in Pulverform.

Außerlich gebraucht man das Mastix als Raummittel, um den Speichelfluß zu vermehren, und das lockere Zahnfleisch zu stärken. Wenn man ein Korn dieses Harzes in die Höhle eines angefressenen Zahnes bringt, so hebt es den Schmerz; auch Mastix weichgemacht, auf Leinwand wie ein Pflaster aufgestrichen, und auf die Schläfengegend oder hinter die Ohren



LEVISTICUM: Off
Ligusticum Levisticum. Bot.
Das Liebstöckel

giam, si dolores non a dente carioso exorti fuissent. Pulvis mastiches ossibus cariosis inspersus promovet mortui exfoliationem, & vulneris exsiccationem. Denique recipitur mastiche ad varia emplastra & suffimenta.

aufgelegt, lindert bisweilen das Zahnweh, wenn die Schmerzen nicht von einem hohlen Zahne herkommen. Mastixpulver auf angefressene Knochen gestreuet befördert die Abblätterung des gestorbenen Theils, und das Austrocknen der Wunde. Endlich nimmt man auch Mastix zu verschiedenen Pflastern und Rauchwerken.

Tab. CXVI.

LEVISTICUM. *Officin.*

Ligusticum Levisticum. *Botanic.*

Ligusticum vulgare, Laserpitium Europæum, Lybisticum vulgare, Smyrnum, Hipposelinum, Pseudoligusticum. Gallis, Leveche, Ache de montagne. Anglis, Lonage, Alifander.

Classis V. Pentandria. Ordo H. Diginia.

Genus. Fructus oblongus, quinque sulcatus utrinque. Corollæ æquales, petalis involutis, integris.

Species. Ligusticum foliis multiplicibus: foliolis superne incilis.

In alpibus Italiae & reliquæ Europæ meridionalis reperitur Levisticum sponte crescens, in hortis nostris cultura educatum. Floret Julio radice perenni.

In pharmaciis servantur radix & femina.

Radix, quæ terram profunde penetrat, multasque partes resinosas, balsamicas continet, est crassa, carnosa, in plures ramos divisa, extus e fusco nigricans, intus alba, in medio autem subflava, odoris peculiaris, fragrantis, saporis subdulcis, acris & ingrati. Semina involucri membranaceo sulcato ac striato ex albo

116. Tafel.

Gemeiner Liebstöckel.

Lebstock, Badekraut, grosser Eppich, Saukraut. Franz. Leveche, Ache de montagne. Engl. Lovage, Alifander.

5. Klasse. Fünfmännige. 2. Ordnung. Zweyweibige.

Gattung. Die Frucht länglicht, von beyden Seiten mit fünf Furchen versehen. Die Blumenkronen gleich, mit eingerollten ganzen Blumenblättern.

Art. Liebstöckel mit vielfachen Blättern, und mit Blättchen, die oberhalb eingeschnitten sind.

Man findet ihn auf hohen Gebürgen in Italien und dem übrigen südlichen Europa wildwachsend. Bey uns wird er in Gärten gezogen. Er blühet im Julius, und ist ausdauernd.

In den Apotheken hat man die Wurzel und die Samen.

Die Wurzel, welche tief in die Erde eindringt, und viele harzige, balsamische Theile enthält, ist dick, fleischicht, in mehrere Aeste getheilt, von aussen schwarzbraun, von innen weiß, in der Mitte aber etwas gelb; sie hat einen eigenthümlichen, angenehmen Geruch, und einen süßlichten, scharfen, unangenehmen Geschmack. Die Samen, welche mit einem

flavescente inclusa sunt oblonga, carvi magnitudinis, parte superiore obtusa, inferiore acuminata, uno latere plana, altero convexa, & utrinque quinque parvis sulcis instructa. Prodant colorem brunum, odorem fortem, aromaticum, non ingratum, fere juniperinum, atque saporem acrem, subamarum, aromaticum.

Radix quoque & semina occupant vim stimulantem, roborantem & diaphoreticam.

Ufus Levistici in omni morbo, qui vel a debilitate exortus, vel cum virium jactura est junctus, commendandus; ut in febribus nervosis, scorbuto, passione hysterica, hydrope, viarum urinalium morbis e. a. Ordinantur tam semina, quam radices mox vel sub infusi ad unciam dimidiam pro libræ quantitate, mox vel sub pulveris forma ad grana decem, aut scrupulum unum pro dosi.

häftigen, gefurchten, gestreiften und weißgelblichten Ueberzug bekleidet sind, sind längliche von der Größe des Kümmels, am oberen Ende abgestumpft, und an dem unteren zugespitzt, von einer Seite flach, von der andern erhaben, und auf beyden mit fünf kleinen Furchen versehen. Sie haben eine braune Farbe, einen starken, würzhaften, nicht unangenehmen, beynah den Wachholderbeeren ähnlichen Geruch, und einen scharfen, etwas bitteren, würzhaften Geschmack.

Die Wurzel sowohl als auch die Saamen besitzen reizende, stärkende, und schweißtreibende Arznekräfte.

Der Gebrauch des Liebstockels ist in allen jenen Krankheiten zu empfehlen, die entweder von Schwäche herkommen, oder doch mit merklichem Verluste der Kräfte vergesellschaftet sind; als bey Nervenfiebern, im Scorbut, dem hysterischen Uebel, in der Wassersucht, in Krankheiten der Harnwege u. a. Man verordnet die Saamen sowohl als auch die Wurzeln entweder in einem Aufgusse zu einer halben Unze auf ein Pfund Flüssigkeit, oder in Form eines Pulvers zu zehn Gran, auch zu einem halben Skrupel auf ein Mahl.

Tab. CXVII.

LICHEN ISLANDICUS. *Officin.*

Lichen islandicus. *Botanic.*

Muscus islandicus, Lichen pulmonarius minor, Lichen terrestris foliis eryngii. Gallis, la mouffe d'Islande. Anglis, Moss of the Iceland.

Classis XXIV. Cryptogamia. Ordo III. Algæ.

Genus. Masc. Receptaculum subrotundum, planiusculum, nitidum.

117. Tafel.

Das Blutlungenmoos.

Isländisches Moos, Isländische Flechte, Purgiermoos, Eisländisches Moos, (Oesterreichisch Kamperlkrant) Franz. la mouffe d'Islande, Engl. Moss of the Iceland.

24. Klasse. Verbergene Chen. 3. Ordnung. Atermoos.

Gattung. Männliche Blume. Der Fruchtboden beynah rund, etwas flach, glänzend.



LICHEN ISLANDICUS. Off.
Lichen islandicus. Bot.
- Blutungenmoos.

Fœm. Farina foliis adpersa.

Species. Lichen foliaceus, adscendens, laciniatus: marginibus elevatis, ciliatis.

In Islandia copiosus, & reperitur simul in Germaniæ, Helvetiæ atque totius fere Europæ silvis montosis, sterilibus, arenosis; præprimis in sylvis, quæ ab arboribus ex pinorum genere formantur, Perennis.

Planta integra servatur ad usum pharmaceuticum.

Constat ex foliis varie incurvatis, siccis, coriaceis, multis parvis foveis instructis, laciniatis, diversos lobos formantibus, qui iterum pluribus incisuris & fissuris variæ magnitudinis ac figuræ, margine elevato, reflexo, setis brevibus, rigidis, tenerrimis, parallelis obesso instructi reperiuntur, & quæ quoad figuram, cornibus cervi tarandi, aut melius foliis eryngii campestris similia apparent. Lichen recens monstrat plano interno colorem pallide viridem, externo griseum & circa foveas maculis albis punctatis variegatum; siccus plano interno frequenter plus minusve profunde brunum, externo albicantem, ad margines vero & præsertim superiore parte ex rubro fuscum, sæpe nigrescentem. Odor nullus; sapor amarus, nonnihil adstringens, mucilaginosus. Detegetur nonnunquam lichen alterius generis admixtus, tenerrimus, ramosus, coloris ex albo viridis, omni sapore amaro privatus, qui vero auferendus, & non in usum pharmaceuticum adhibendus.

Weibliche Blume. Ein Mehl auf die Blätter gestreuet.

Art. Blättrige, aufsteigende, geriffene Flechte mit erhöhten, gebrämten Rändern.

In Island ist es häufig; man findet es auch in Deutschland, der Schweiz und fast durch ganz Europa in bergichten, und unfruchtbaren Wäldern, hauptsächlich in jenen, die mit Nadelholz bewachsen sind. Es ist ausdauernd.

Die ganze Pflanze wird zum Arzneygebrauch aufbewahret.

Sie besteht aus Blättern, die nach verschiedenen Richtungen gekrümmt, trocken, lederartig, mit vielen kleinen Vertiefungen versehen, zerrissen sind, und verschiedene Lappen bilden. Diese Lappen sind wieder mit mehreren Einschnitten und Rissen von verschiedener Größe und Form, und mit einem aufgetriebenen, zurückgebogenen Rande, der mit kurzen, steifen, sehr zarten, parallelaufenden Borsten besetzt ist, versehen. Ueberhaupt haben diese Blätter, in Rücksicht ihrer Gestalt, mit den Hörnern des Rennthieres, oder noch besser mit den Blättern der Feldmannstreu einige Aehnlichkeit. Das frische Moos hat an seiner inneren Fläche eine blaß grüne, an seiner äusseren eine graue, und an den Gräbchen eine mit weißen, punctirten Flecken abwechselnde Farbe. Das getrocknete Moos hat an seiner inneren Fläche eine mehr oder weniger dunkelbraune, an seiner äusseren eine weißliche, an den Rändern aber, und vorzüglich an dem obern Theile eine rothbraune, oft schwärzliche Farbe. Geruch hat es keinen. Der Geschmack ist bitter, etwas zusammenziehend und schleimig. Man findet es bisweilen mit einer anderen Art Flechte vermischt, die sehr zart und ästig ist, eine weißgrüne Farbe, aber gar keinen bittern Geschmack hat. Sie muß abgesondert,

Gaudet virtute roborante, nutriente, pauca adstringente atque expectorante.

Commendatur Lichen islandicus contra tussim longinquam, mucosam, febrim hecticam incipientem prægressis morbillis, intestinorum, aliarumve partium exulcerationibus majoribus, in phtisi, finita salivatione, atque in hæmoptysi mox cum cortice peruviano, stipitibus dulcamaræ, mox cum radice polygalæ amaræ vel senegæ & aliis medicamentis secundum indicationem junctus. Ordinatur in decocto ad drachmas tantummodo duas vel tres pro libræ quantitate. Decoquatur per horam integram vel in aqua, carniur juribus, lacte vel admisceatur lac ipso decocto aquoso. Lichenis quantitas non augeatur; damnum quidem nullum etiam a majori copia, exoriretur, sed ob prægrandem mucilaginis copiam in eo contentam, decoctum nimis tensum, ac inde nauseosum evasurum foret.

[Tab. CXVIII.

LINARIA. *Officin.*

Antirrhinum Linaria, Botanic.

Olyris, Fabinaria major, Pseudolinum, Urinaria, Hæmorrhoidalis herba, Esula adulterina. Gallis, Linaire, Lin sauvage. Anglis, wild Flax, toad Flax, Linnet.

Classis XIV. Didynamia. Ordo II. Angiospermia.

und zum Arzneygebrauche nicht verwendet werden.

Es besitzt stärkende, nährende, etwas zusammenziehende und den Auswurf befördernde Arzneykräfte.

Man empfiehlt die Isländische Flechte wider den langwierigen, feuchten Husten, im Anfang eines hektischen Fiebers nach vorausgegangenen Nasern, und grösseren Vereiterungen der Eingeweide oder anderer Theile, in der Auszehrung, nach gründigtem Speichelflusse, und beyhm Blutspeyen bald mit Chinarinde, Bittersüßsprossen, bald mit der Wurzel der bittern Kreuzblume oder Senegawurzel und andern Arzneymitteln verbunden, je nachdem es die Anzeige erfordert. Man verordne sie nur zu zwey oder drey Quentchen als Absud für ein Pfund Flüssigkeit. Man muß sie durch eine ganze Stunde entweder in Wasser, Fleischbrühe, auch Milch kochen lassen, oder man kann dem wässrigen Absud selbst Milch beymischen. Die erstgenannte Gabe der Flechte muß nicht vergrößert werden; es würde zwar von einer grösseren Menge kein Nachtheil erfolgen, aber wegen der zu grossen Menge des in derselben enthaltenen Schleims würde der Absud zu dick, und daher auch eckelhaft werden.

118. Tafel.

Das Leinkraut.

Wilder Flachß, Hanfkrant, Harnkrant, Stallkrant, Flachßkrant, Scheißkrant, Nabelkrant, Frauenflachß, Wald = Marten = Kröstenflachß, Feigwarzenkrant, Feigblatternkrant, Catharinentkrant, Takentkrant. Franz. Linaire, Lin sauvage. Engl. Wild Flax, Toad Flax, Linnet.

14. Klasse. Zweymächtige. 2. Ordnung. Bedecktsamige.



LINARIA. cat.
Antirrhinum Linaria. Bot.
Leinkraut.

Genus. Calyx pentaphyllus. Corollæ basis deorsum prominens nectarifera. Capsula bilocularis.

Species. Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus, confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis.

Colit totam Europam in pratis, ruderatis, ad vias & alibi. Floret æstate radice perenni.

In pharmaciis nostris paratur ex herba unguentum.

Folia longa, angusta, sessilia, quorum characterem botanicum supra jam exposuimus, sunt in facie superiori læte viridia, in inferiore pallidiora, odoris ingrati, nauseosi, & si digitis fricantur, sambucini, saporis subamari, ingrati.

Herbæ vis medica habetur emolliens.

Credebatur Linaria a medicis vetustioribus medicamentum diureticum & alvum sollicitans, in quem finem & interne adhibebatur; sed cum experimenta a recentioribus instituta huic opinioni non satisfacissent, usus Linariæ internus jure plane negligitur.

Etiam externe, tametsi uti & aliæ ex emollientium classe herbæ ad cataplasmata recipi posset, Linaria decocta fere nunquam adhibetur. Usus singularis & quasi unicus, in quem sæpius ordinatur, est ad conficiendum unguentum, quod ad inungendas hæmorrhoides turgentes dolentesque commendatur. Sed nihil certe peculiaris inest huic unguento, quodcunque enim aliud un-

Gattung. Der Kelch fünfblättrig. Die Grundfläche der Blumenkrone abwärtsabhängend, mit einem Honigbehältnisse versehen. Die Saamenkapsel zweyfächerig.

Art. Dorant mit lanzettartigen, linienförmigen, gedrängten Blättern, aufrechtstehendem Stengel, aufsitzenden Endähren, und dachziegelförmig übereinandergelegten Blumen.

Es wächst durch ganz Europa auf Wiesen, umgebauten Plätzen, an Wegen und andern Orten. Es blühet im Sommer hindurch, und ist ausdauernd.

In unsern Apotheken wird aus dem Kraut eine Salbe verfertigt.

Die langen, schmalen, aufsitzenden Blätter, deren botanischer Charakter schon zuvor erklärt worden ist, sind an ihrer oberen Fläche angenehm grün, an ihrer untern aber blässer. Sie haben einen unangenehmen, eckelhaften, und wenn sie mit den Fingern gerieben werden, einen hollunderartigen Geruch, dann einen bitterlichen, unangenehmen Geschmack.

Man hält die Arzneykraft des Krauts für erweichend.

Die älteren Aerzte glaubten, daß das Leinkraut ein harntreibendes und abführendes Mittel wäre, und gebrauchten es auch innerlich zu diesem Endzweck; allein da die damit angestellten Versuche der Neueren dieser gehofften Wirkung nicht entsprachen, so wurde der innerliche Gebrauch des Leinkrauts mit Recht gänzlich vernachlässiget.

Auch äußerlich wird das abgekochte Leinkraut fast nie gebraucht, ob es gleich wie andere Kräuter aus der Klasse der erweichenden Mittel zu Umschlägen verwendet werden könnte. Der vorzügliche und kennbare einzige Gebrauch, zu welchem es noch öfters verordnet wird, ist um eine Salbe daraus zu verfertigen, die man zum Einschmieren der angeschwollenen, und schmerzenden Goldaderknoten empfiehet. Aber diese Salbe besizet sicher keine besonders

guentum emolliens eosdem præstabit fructus, & herba Linariæ, quin aut scientia, aut ægroti jacturam patiantur, ex materia medica atque dispensatoriis potius esset delenda.

Tab. CXIX.

LINUM. *Officin.*

Linum usitatissimum. Botanic.

Linum annuum, cæruleum, sativum, vulgare. Gallis, le Lin. Anglis, Flax.

Classis V. Pentandria. Ordo V. Pentagynia.

Genus. Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Capsula quinquevalvis, decem locularis, apice dehiscens. Dissipimenta membranacea; tenuissima, valvulas connectentia. Semina solitaria.

Species. Linum calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario.

Habitat in Europæ parte calidiore inter segetes, ad pagos. Floret æstate. Radix annua.

In pharmaciis servantur semina, & ex illis oleum pressum.

Semina sunt parva, ovato-oblonga, compressa, margine acuto prædita, admodum glabra, nitida, cortice plus minusve e rubrofulco tecta, sub quo nucleus albus, sapore ingratus, dulcis, mucilaginosus & unctuosus latet. Semina decem plerumque includuntur

eigenthümliche Kraft, denn was immer für eine andere erweichende Salbe wird eben den nehmlichen Nutzen bringen, und vielmehr könnte das Leinfrant aus der Arzneymittellehre und den Dispensatorien ausgestrichen werden, ohne daß dadurch weder die Wissenschaft, noch die Kranken einen Verlust zu befürchten hätten.

119. Tafel.

Der Lein.

Flachs, Flachsfrant, zahmer Flachs, deutscher Flachs, himmelblauer Lein, Lien, gemeiner Lein, jähriger Lein. Franz. Le Lin. Engl. Flax.

5. Klasse. Fünfmännige. 5. Ordnung. Fünfweibige.

Gattung. Der Kelch fünfblättrig. Blumenblätter fünf. Die Saamenkapsel fünfklappig, zehnfächerig, an der Spitze voneinanderspringend. Die Scheidewände häutig, sehr dünn, und halten die Klappen zusammen. Die Saamen liegen einzeln.

Art. Lein mit stechenden Kelchen und Saamenkapseln, gekerbten Blumenblättern, lanzettförmigen, wechselweis stehenden Blättern, und fast einzelstem Stengel.

Er ist in dem wärmeren Theile von Europa zu Hause, wo man ihn zwischen der Saat und bey Dörfern antrifft. Er blühet im Sommer, und ist einjährig.

In den Apotheken hat man die Saamen, und das daraus gepresste Oehl.

Die Saamen sind klein, länglicht eyrund, zusammengedrückt, mit einem scharfen Rande versehen, sehr glatt, glänzend, mit einer bald mehr bald weniger rothbraunen Rinde umgeben, unter welcher der weisse Kern verborgen liegt, der einen unangenehmen, süßen, schleimigen und fetten Geschmack hat. Nei-



LINUM. Off.
Linum usitatissimum. Bot.
Lein.

simul capsula subrotunda ex flavo grisea pisi magnitudinis, quæ a quinque valvulis dehiscentibus formatur, quarum singula per dissepimentum tenue, membranaceum in duos loculos dividitur, quorum quivis semen unicum continet. *Oleum feminum Lini*, oleum lini dictum, quod in nostris molis oleariis consuetis frigide exprimitur, est pellucidum, colore flavo, odore specifico ingrato, sapore pingui, nauseoso, subdulci præditum. A frigore etiam majore non congelascit; aëri libero expositum sensim sensimque exsiccescit; flagrat flamma fumante & male olente, atque facile rancidum evadit. Servetur loco frigido in vitris bene clausis. *Oleum lini turbidum*, profunde luteum, saporis acris, vel rancidi rejiciatur in arte medica.

Semina simul ac *oleum* pressum possident vires emollientes, relaxantes ac lubricantes.

Interne commendatur *feminum decoctum* & *oleum*, quod a multis antispasmodicum simul censetur, in hæmatemesi a corporibus alienis vel acrimonia sua vel mechanice ventriculum irritantibus, in gastritide sthenica, id est a vi vitali nimis aucta, in tubi intestinalis aut renum inflammatione, excoaratione, dysenteria, mictu cruento, renum aut vesicæ urinariæ calculo & in colica pictonum bono cum effectu; contra tussim, raucedinem, passionem illiacam, peripneumoniam & pleuritidem minore vero cum fructu. Dosis feminum in decocto uncia semis pro aquæ libra, in emulsione drachmæ duæ.

stentheils sind zehn Saamen zugleich in einer einzigen rundlichten, gelbgrauen Saamentapsel eingeschlossen, welche die Grösse einer Erbse hat, und von fünf auseinander klaffenden Klappen gebildet wird, deren jede einzelne wieder von einer dünnen häutigen Scheidewand in zwey Fächer abgetheilt wird, in deren jedem ein einzelnes Saamentorn enthalten ist. Das Dehl der Leinsaamentörner, gewöhnlich nur Leinöhl, welches in unsern üblichen Dehlmühlen kalt ausgepreßt wird, ist durchsichtig, von gelber Farbe, hat einen eigenthümlichen unangenehmen Geruch, und einen fetten, eckelhaften, etwas süßlichen Geschmack. Es gefrieret auch bey einer grösseren Kälte nicht; der freyen Luft ausgesetzt trocknet es nach und nach aus; es verbrennet mit einer stark rauchenden übelriechenden Flamme, und wird leicht ranzig. Man muß es an einem kühlen Orte in wohlverschlossenen Gläsern aufbewahren. Das trübe, dunkelgelbe, scharfschmeckende, oder ranzige Leinöhl ist in der Arzneykunst unbrauchbar.

Die Saamen sowohl, als auch das ausgepreßte Dehl besitzen erweichende, erschlappende und schlüpfrigmachende Arzneykräfte.

*Innere*lich empfiehlt man die abgekochten Saamen und das Leinöhl, welches von vielen auch für ein krampfstillendes Mittel gehalten wird, im Blutspeyen, wenn es von fremden Körpern herkommt, die entweder durch ihre Schärfe, oder auf eine mechanische Art den Magen reizen, in der sthenischen Magenentzündung, das ist von zu sehr erhöhter Lebenskraft, in Entzündung und Wundreibung der Gedärme und Nieren, in der Dysenterie, im Blutharnen, bey Steinbeschwerden in der Harnblase oder den Nieren, und in der Wahlerkolik mit gutem Erfolge; wider den Husten, die Heiserkeit, Darmgicht, Lungenentzündung und Seitenstechen aber mit wenigerem Nutzen. Die Gabe der Saamen in

Oleum propinatur ad uncias duas, & in colica aut calculo ab unciis quatuor ad decem. Raro tamen adhibentur vel semina lini vel oleum ad usum internum ob nauseam & vomitum, quæ ab hinc sæpius excitantur, præprimis cum aliis gaudemus medicamentis minus nauseosis, quæ eosdem præstant effectus. Pertinet quoque oleum lini prout cætera oleosa vegetabilia dulcia ad antidota generalia.

Externe adhibemus semina lini, vel seminum farinam in pulvem cocta ad cataplasmata emollientia. Pari modo usurpatur decoctum ex uncia seminum & aquæ libra paratum ad clysmata emollientia in dysenteriis, diarrhœis & alvi obstructionibus pertinacibus. Oleum addatur enematibus aut cataplasmatibus emollientibus relaxantibusque; nec nou inservit ad illinientos tumores duos, inflammatos.

Tab. CXX.

LIQUIRITIA. *Officin.*

Glycyrrhiza glabra. *Botanic.*

Radix dulcis, Glycoritia, Glycyrrhiza vera, siliquosa vulgaris. Gallis, Reglisse. Anglis, Liquorice.

Classis XVII. Diadelphia. Ordo IV. Decandria.

Genus. Calyx bilabiatus: labium inferius tripartitum. Legumen ovatum, compressum.

Species. Glycyrrhiza leguminibus glabris, stipulis nullis, foliolo impari petiolato.

einem Absud ist eine halbe Unze auf ein Pfund Wasser, in einer Emulsion zwey Quentchen. Das Oehl gibt man zu zwey Unzen, und in der Kolik oder wider den Stein von vier bis zu zehn Unzen. Man bedienet sich jedoch nur selten der Leinsaamen oder des Oehls zum innerlichen Gebrauche, wegen dem Eckel und dem Erbrechen, welche davon öfters erregt werden, vorzüglich, da wir andere weniger eckelhafte Arzneymittel haben, welche eben die nehmlichen Wirkungen äussern. Das Leinoehl gehört auch, so wie alle übrigen milden vegetabilischen Oehle zu den allgemeinen Gegen- giften.

Außerlich gebrauchen wir den Leinsaamen, oder das Leinsaamenmehl zu einem Brey gekocht als erweichenden Umschlag. Auf gleiche Art bedienet man sich des Absudes von einer Unze Saamen in einem Pfunde Wasser zu erweichenden Klystiren bey Ruhren, Durchfällen, und hartnäckigen Verstopfungen des Stuhlganges mit Nutzen. Das Oehl pflegt man erweichenden und schlappmachenden Klystiren oder Breyumschlägen zuzusetzen; auch dienet es um harte, entzündete Geschwülste einzusalben.

120. Tafel.

Der Süßholzstrauch.

Süße Wurzel, Süßholzwurzel, Lactigenholz, Lactigenholz, gemeines Süßholz. Franz. Reglisse. Engl. Liquorice.

17. Klasse. Zweybrüdrige. 4. Ordnung. Zehnmännige.

Gattung. Der Kelch zweylippig: die untere Lippe drey-mahl getheilt. Die Schotte eyrund, zusammengedrückt.

Art. Süßholz; mit glatten Hülsen, keinen Blattansätzen, und einem ungepaarten, gestielten Blättchen.



LIQUIRITILLA. Off.
Glycyrrhiza glabra. Bot.
Das Süßholz.

Invenitur spontanea in Italia, Gallia ac Hispania. In Franconia præsertim in regione Bambergensi copiose colitur. Floret Julio & Augusto radice perenni.

In officinis habetur radix & extractum, id est succus radicis inspissatus.

Radix est plures pedes longa, digitum & ultra crassa, ramosa, extus glabra, siccata rugosa, cortice e bruno griseo, subacri, amaro tecta, interne læte flava, recens odoris mucidi, siccata nullius, saporis dulcis, masticatione longinqua subamari. Servatur vel radix integra in cellis sub sabulo bene siccato, vel dividatur primum longitudinaliter, dein transverse in parvas taleolas, & siccata tradatur cistis bene clausis. Ad usum medicinale eligatur radix tenax, dissecta læte flava, radios & vasa succosa prodens; rejiciatur econtra mucida & cariola. Extractum radicis liquiritiæ, vulgo succus, advehitur ex Italia præprimis & Hispania in massis sex pollices longis, & pollicem cum dimidio crassis, cylindricis, compressis, sigilli impressione notatis, foliis lauri nobilis involutis, & cistis ligneis inclusis. Est siccum, compactum, plus minusve flexibile. Habet extus colorem nigrum, intus, si cultro dividitur, profunde fuscum, si vero diffringitur, fracturam nigram, splendentem, odorem empyreumaticum, saporem dulcem, vix gratum, sub finem subamarum, & in aqua penitus solvitur. Pharmacopœi Londinenses parant repetita solutione, filtratione ac inspillatione extractum ab omnibus quisquiliis mundatum, & ad taleolas quadratas formatum grati saporis.

Er wächst in Italien, Frankreich und Spanien wild. In Franken vorzüglich in der Gegend um Bamberg wird er häufig gezogen. Er blühet im Julius und August, und ist ausdauernd.

In den Apotheken hat man die Wurzel und das Extract, das ist den eingedickten Saft der Wurzel.

Die Wurzel ist mehrere Fuß lang, eines Fingers dick, auch noch dicker, ästig, von aussen glatt, getrocknet runzlicht, mit einer aus dem Braunen ins Graue spielenden etwas scharf schmeckenden, bitteren Rinde bekleidet, von innen schön gelb, und hat, wenn sie noch frisch ist, einen dumpfigen, getrocknet aber gar keinen Geruch, und einen süßen, nach längerem Kauen aber einen etwas bitteren Geschmack. Man kann die Wurzel entweder noch ganz in Kellern unter gut getrocknetem Sande verwahren, oder in wohl verschlossenen Schränken aufbehalten, nachdem sie zuvor erstlich der Länge nach, und dann über quer in kleine Scheiben zerschnitten, und gut getrocknet worden ist. Zum Arzneygebrauche wähle man eine zähe Wurzel, die, wenn sie gespalten ist, eine schön gelbe Farbe hat, und strahlenförmige, saftvolle Gefäße zeigt; so wie man im Gegentheil die schimmelige und angefressene verworfen muß. Das Süßholzextract, gewöhnlich Süßholzsast, wird vorzüglich aus Italien und Spanien unter der Form von walzenförmigen, zusammengedrückten, und mit dem Eindrucke eines Sigills versehenen Massen, die sechs Daumen lang, anderthalb Daumen breit, in Lorbeerblätter eingehüllt, und in hölzernen Kisten verschlossen sind, eingeführt. Es ist trocken, dicht, mehr oder weniger beugsam, von aussen schwarz, von innen, wenn es mit dem Messer zerschnitten wird, dunkelbraun, wenn es aber entzweygebrochen wird, im Bruche schwarz und glänzend. Es hat einen brandichten Geruch, einen



Possidet radix virtutem mucilaginosam, emollientem atque expectorantem.

Decoctum aut infusum radice, nec non radix ipsa & extractum liquiritiæ in pulverem redacta ordinantur in raudine, tussi sicca & aliis pectoris affectionibus mox per se sola, mox aliis cum remediis in his morbis indicatis combinata. Species pectorales, prout in pharmaciis prostant, sufficientem jam radice glycyrrhiæ quantitatem superadditam continent. Frequentissime vero usurpatur radix in locum sacchari ad edulcorandas medicamentorum compositiones pro pauperibus ob pretii vilitatem, in quem scopum radix autem nunquam decoqui sed tantummodo infundi debet, ne pars amara simul extrahatur. Melius omnino esset, si prius radix ab omni cortice adherente amaro liberaretur. Pulvis radice inservit quoque ad conspergendas pilulas, ne invicem cohæreant. Dosis radice in infuso aut decocto uncia dimidia vel integra ad aquæ libram. Dosis extracti aut radice sub pulveris forma pro unica vice drachma semis, integra. Parantur in quibusdam officinis & præcipue in regione Bambergensi pasta, bacilli & trochisci liquiritiæ; quæ althææ simul radicem in pulverem redactam, crocum, amyllum &c. commissa habent, ac infantibus aut delicatulis contra tussim inserviunt.

süßen, wenig angenehmen, am Ende bitteren Geschmack, und löset sich gänzlich in Wasser auf. Die Apotheker in London bereiten durch wiederholtes Auflösen, Durchsiehen und abermahliges Eindicken ein von allen Unreinigkeiten gesäubertes Extract, das einen angenehmen Geschmack hat, und in viereckichte Tafeln geformt ist.

Die Wurzel besitzt schleimige, erweichende und den Auswurf befördernde Arznekräfte.

Den Absud oder Aufguß der Wurzel, auch die Wurzel selbst oder das Süßholzextract zu Pulver zerstoßen verordnet man wider die Heiserkeit, wider den trockenen Husten und andere Brustkrankheiten, bald für sich allein, bald mit anderen, in diesen Krankheiten angezeigten Arzneyen versetzt. Der sogenannte Brustthee, wie er in den Apotheken schon vorräthig zubereitet sich vorfindet, enthält auch eine hinlängliche Menge Süßholzwurzel in seiner Mischung. Am häufigsten aber gebraucht man diese Wurzel anstatt des Zuckers, ihres wohlfeilen Preises wegen, um die Arzneyzusammensetzungen zum Behufe der ärmeren Klasse zu versüßen. Zu diesem Endzweck muß man hingegen die Wurzel niemahls abkochen, sondern nur aufgießen, damit ihr bitterer Bestandtheil nicht zugleich mit ausgezogen werde. Noch besser wäre es, wenn die Wurzel zuvor von ihrer ganzen, bitteren Rinde gereinigt würde. Die gepulverte Süßholzwurzel dienet auch zum Bestreuen der Pillen, daß sie nicht an einander kleben. Die Gabe der Wurzel zur Bereitung eines Aufgusses oder Absudes ist eine halbe, auch eine ganze Unze auf ein Pfund Wasser. Das Extract oder auch die Wurzel gibt man in Pulverform zu einer halben, auch zu einer ganzen Drachme auf ein Mahl. In einigen Apotheken, und vorzüglich in der Gegend um Bamberg verfertigt man aus der Süßholzwurzel einen Teig, kleine Stänglein und



MOSCHATA NUX. OFF.
Myristica officinalis Bot.
Muskatnuß.

Tab. CXXI.

MOSCHATA NUX. *Officin.*Myristica officinalis. *Botanic.*

Muscata nux, Nux aromatica, Myristica mas. Myrista, Unguentaria, Nucista, Moschocarion, Moschocarydion, Myristica, Moschata. Gallis, Noix muscade. Anglis, Nutmeg.

Classis XIII. Polyandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Corollapentapetala. Calyx quinquefidus, campanulatus. Bacca carnosae, monosperma. Membrana reticularis, sicca, inter baccam & semen.

Species. Myristica officinalis. Secundum Thunbergii observationes. Classis XXI. Monœcia. Ordo I. Monandria.

Genus. Masc. Calyx trifidus. Corolla nulla. Stamen unicum, quod anthera superius cingit.

Fœm. Calyx quatuorfidus. Corolla nulla. Pistillum unicum. Germen superum. Stylus brevissimus. Stigma duplex, acutum.

Species. Myristica moschata foliis lanceolatis; fructu glabro.

Inhabitat hæc arbor in insulis Moluccæ, præprimis Banda, insula Franciæ, in Africæ provinciis Sierra Leone & Surinam.

In pharmaciis habentur fructus involucrium carnosum vulgo macis, nu-

schlein (Zelteln), die zugleich gepulverte Eibischwurzel, Safran, Kraftmehl u. s. w. in sich enthalten, und für Kinder oder Leckermäuler wider den Husten zu gebrauchen sind.

.121. Tafel.

Muskatnuß.

Muskatennuß. Franz. Noix muscade. Engl. Nutmeg.

13. Klasse. Vielmännige. I. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Die Blumenkrone fünfblättrig. Der Kelch fünfspaltig, glockenförmig. Die Beere fleischig, einsamig, mit einer trockenen, netzförmigen Haut zwischen der Beere und dem Saamen.

Art. Gemeine Muskatnuß.

Nach Thunbergs Beobachtungen.

21. Klasse. Halbgetrennte. I. Ordnung. Einmännige.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch dreispaltig. Blumenkrone keine. Staubfaden einer, der oberhalb von einem Staubbeutel umgeben wird.

Weibliche Blume. Der Kelch vier-spaltig. Blumenkrone keine. Staubweg einer. Der Fruchtknoten ist oben. Der Griffel sehr kurz. Die Narbe zweifach, spitzig.

Art. Muskatnuß mit lanzettförmigen Blättern, und glatter Frucht.

Dieser Baum wächst auf den Moluckischen Inseln, vorzüglich in Banda, Isle de France, in einigen Gegenden von Afrika, als in der Sierra Leone und in Surinam.

In den Apotheken hat man die fleischichte Hülle der Frucht insgemein Muskatblüthe, die

ces, oleum destiliatum & pressum, tinctura.

Fructus integer refert fere magnitudinem figuramque nucis juglandis. Cortex exterior, live putamen carnosum, molle, succulentum, digitum crassum habet colorem ex viridi rufum, saporem acerbum, adstringentem, & vestitur externe cuticula viridi, rubris nec non luteis maculis variegata. Perfectam si fructus obtinuit maturitatem; dirumpitur cortex exterior, & apparet involucrium live tegumentum, tenax, unguinosum, membranaceum, in plures strias quasi in varia lora brevia, inter se invicem coherentia laceratum, quod drupam retis instar obducit, odorem fortem balsamicum, gratum; saporem acrem, aromaticum, subamarum; & recens colorem purpureum, mox aureum, siccatum luteum nonnihil in rubrum vergentem monstrat. Prostat in pharmaciis hoc involucrium nomine *Macis*, & eligatur croceum, oleosum, flexile, tenue atque valde odoratum; econtra rejiciatur minus laciniatum, albicans vel dilute flavescens ac fragile. Ablato hoc integumento comparet drupa ipsa putamine lignoso, duro, bruno, tenui cincta, quæ nucleum continet mollem, tactu pinguem, siccatione vero durum e badio griseum, variisque striis ac rugis notatum. Color nuclei internus e bruno flavescens, striis pluribus rufescentibus, undulatis variegatus. Gaudet nux odore forti, grate balsamico, sapore non ingrate amaro, aromatico. Mercatores distinguunt tres nucis moschatae species ratione bonitatis; consueve vero tantummodo nucs distinguimus oblongas & rotundas. *Oblongæ*, mares dictæ, odore & sapore debiles, intus plerumque

Nüsse, ein destillirtes und gepreßtes Oehl und eine Tinctur.

Die ganze Frucht hat beynahe eben dieselbe Größe und Form wie eine Wallnuß. Die äussere Rinde oder Schale ist fleischicht, weich, saftig, eines Fingers dick, hat eine bräunlich grüne Farbe, einen bitteren zusammenziehenden Geschmack, und wird von aussen mit einem grünen, mit rothen und gelben Flecken bezeichneten Häutchen bekleidet. Wenn die Frucht ihre vollkommene Reife erlangt hat, so zerplatzt die äussere Rinde; und es erscheint eine zähe, fette, häutige Hülle oder Decke, die in mehrere Streifen gleichsam wie in verschiedene kurze Riemen, welche doch an einander hängen, getheilt ist, und die Steinfrucht wie ein Netz umgibt. Diese Hülle hat einen starken, angenehmen, balsamischen Geruch; einen scharfen, würzhaften, etwas bitteren Geschmack, und, wenn sie noch frisch ist, eine purpurrothe, bald darauf eine goldgelbe, und getrocknet eine hochgelbe, in etwas röthliche Farbe. In den Apotheken hat man diese Bekleidung unter dem Nahmen *Macis*, *Muskatenblüthe*, *Muskatenblumen*, wovon man die saffranfärbige, oblichte, biegsame, dünne und starkriechende als brauchbar ausleset; im Gegentheil aber die weniger gespaltene, weißlichte oder blaßgelbe und leicht zerbrechliche als unnütz verwirft. Wenn man nun auch diese Bekleidung hinweggenommen hat, so kommt dann die Nuß selbst zum Vorschein, welche von einer holzichten, harten, braunen, dünnen Schale umgeben ist, die den Kern enthält. Der Kern selbst ist weich, beim Anfühlen fett, getrocknet aber hart, bräunlich grau, und mit verschiedenen Streifen und Runzeln versehen. Die innere Farbe des Kernes ist braungelb, mit mehreren rothbraunen, wellenförmigen Streifen abwechselnd. Diese Steinfrucht hat einen starken, angenehmen balsamischen Geruch, und einen nicht unangenehmen,

mucidæ, atque striis nigrescentibus distinctæ; rotundæ, fœminæ dictæ, omni vi aromatica præditæ sunt optimæ, & præferantur oblongis. Ad usum medicum eligantur nuclei rotundi, crassiores, ponderosiores, pinguiore, & acu candente perforati oleum exsudantes; carioli vero, mucidi, oblongi, sapore & odore debiles vel destituti rejiciantur. Exprimitur e nucibus moschatis recentibus, quæ antea contundi, in saccis linteis includi, aquæ fervidæ vaporibus caleferi, & prelo calido tradi debent, oleum consistentiæ butyracæ, quod per Belgas ex India in massis planis, quadratis, solidis ac glabris adfertur, quæ recentes flavum, vetustiores rubicundum colorem atque odorem saporemque debilem nucis moschatæ ostendunt. Solvitur hoc oleum pressum, balsamus nucis, oleum nucis, oleum nucis moschatæ, balsamum nucis moschatæ, corpus pro balsamo dictum, penitus in æthere, in alcohole vini extrahitur oleum solummodo æthereum, pars vero unguinosa omni nunc colore privata remanet. Adulteratur nonnunquam cera flava, cera alba, axungia porcina, butyro aut spermateceti, quod per solutionem in vini alcohole dignoscitur, cum mox residuum non solubile colorem luteum asservat, mox ipsa solutio turbulenta, lactescens vel albida evadit. Major simul durities ac tenacitas ceram admistam indicat. Soli Batavi omnem hunc fructibus & oleo mercaturam sibi tribuerunt, cum antea arbores hos fructus præbentes, in insulis, quæ vel ab aliis mercatoribus visitabantur, vel quas non manutenere, nec vi contra hostium invasiones defendere po-

bittern, würzhaften Geschmack. Die Kaufleute unterscheiden dreyerley Gattungen Muskatnüsse in Rücksicht ihrer Güte; gewöhnlich aber theilen wir sie nur in länglichte und runde ein. Die länglichten, auch Männchen genannt, haben einen schwachen Geruch und Geschmack, sind inwendig meistens schimmlicht, und mit schwärzlichten Streifen versehen; Die runden, oder sogenannten Weibchen, sind die besten, sie besitzen alle würzhafteste Kraft, und verdienen vor den länglichten den Vorzug. Zum Arzneygebrauche muß man die runden, dickeren, schwereren und fetteren auswählen, die, wenn sie mit einer glühenden Nadel durchbohret werden, eine öhlichte Feuchtigkeit ausschwigen; die angefressenen, schimmlichten, länglichten aber, welche nur einen schwachen, oder gar keinen Geruch und Geschmack haben, muß man als unnütz verwerfen. Aus den frischen Muskatnüssen, welche zuvor zerstoßen, in leinene Säcke gethan, mit den Dämpfen des siedenden Wassers erhitzt, und sodann in eine durchwärmte Presse gegeben werden, wird ein Oehl gepreßt, das die Festigkeit der Butter hat, und von den Holländern aus Indien in flachen, viereckichten, dicken und glatten Massen zu uns gebracht wird. Wenn sie noch frisch sind, so haben diese Massen eine gelbe, wenn sie aber älter sind, eine röthlichte Farbe, und einen schwachen Geruch und Geschmack, wie die Muskatnuß. Dieses ausgepreßte Oehl, das man auch Muskatennußbalsam nennet, löset sich in Aether vollkommen auf, von Weingeist wird nur das ätherische Oehl ausgezogen, der fette Bestandtheil aber bleibt aller Farbe beraubt zurück. Bisweilen wird das Muskatnußöhl mit gelbem oder weißem Wachs, mit Schweinfett, Butter oder Wallrath verfälscht; dieses erkennet man aus der Auflösung in Weingeist, wenn entweder der unauflösbare Rückstand die gelbe Farbe bey-

terant, ab illis extirpatæ fuerint. Advehunt nuces, non prout ab arboribus decerpuntur, sed in aqua calcis prius jam maceratas atque denuo siccatas.

Gaudet virtute stimulante, calefaciente, ac ut nonnulli affirmant, stupefaciente. Adhibemus nucem moschatam & macidem, si nulla symptomata inflammatoria usum prohibent, contra mensuorum retentionem, ventriculi inertiam & mucositatem, colicam flatulentam, præprimis vero contra choleram, dysenteriam, diarrhœam sed necessaria cum cautela ob remedii vim stimulantem haud exiguam. Dosis sub pulveris forma grana quinque, scrupulus semis; in infusi vinosi libra drachmæ duæ, tres. Oleum destillatum raro, pressum fere nunquam interne applicatur; etiamsi destillati guttulæ nonnullæ cum saccharo tritæ, & pressi drachma dimidia, integra in antedictis morbis, sicut nux ipsa, adhiberi possent. Tinctura propinatur ad guttas quindecim.

Externe inservit oleum destillatum & pressum ad illiniendum partes paralyticas vel spasmu cruciatis, ad discutendum tumores œdematosos non inflam-

behält, oder die Auflösung selbst trüb, milchicht und weißlicht wird. Auch schon die ungewöhnliche Härte und Zähheit verrathen das beygemischte Wachs. Die Holländer allein haben den ganzen Handel mit diesen Früchten und mit dem Oehle an sich gezogen, indem sie zuvor alle Muskatnuß-Bäume auf jenen Inseln, welche entweder von anderen Kaufleuten besucht wurden, oder die sie nicht zu behaupten im Stande waren, noch vor feindlichen Ueberfällen mit Gewalt zu schützen vermochten, ganz ausrotteten. Sie verführen die Rüsse, nicht wie sie von den Bäumen abgepflückt werden, sondern schon in Kalkwasser gebeizt, und dann wieder abgetrocknet.

Sie besitzt reizende, erhitende, und wie Einige behaupten, auch betäubende Arzneykräfte.

Wir bedienen uns der Muskatnuß, und der Muskatblüthe; wenn keine entzündlichen Zufälle den Gebrauch verbiethen, wider die unterdrückte monatliche Reinigung, wider Schwäche und Verschleimung des Magens, in der Windkolik, vorzüglich aber in der Cholera, Ruhr, dem Durchfalle, jedoch immer mit der nöthigen Vorsicht, weil die reizenden Kräfte dieses Arzneymittels nicht unbeträchtlich sind. Man gibt sie unter der Form eines Pulvers von fünf Gran bis zu einem halben Skrupel; in einem weinichten Aufgusse zu zwey oder drey Quentchen auf ein Pfund. Das destillirte Oehl wird selten, und das gepreßte fast nie innerlich gebraucht; obschon man ersteres zu einigen Tropfen mit Zucker abgerieben, und letzteres zu einer halben oder ganzen Drachme bey obengenannten Krankheiten, wie die Nuß selbst verordnen könnte. Die Tinctur gibt man zu fünfzehn Tropfen.

Das destillirte und ausgepreßte Oehl gebraucht man äußerlich um paralytische oder mit Krampf behaftete Glieder einzusdmieren, dann um wäßrige nicht entzündete Geschwülste



MAJORANA. off.
Origanum Majorana. Bot.
Majoran.

matos, ad inungendum abdomen & regionem epigastricam in vomitu continuante, tympanite, colica flatulenta & diarrhoea, vel admisceatur aliis emplastris atque unguentis stimulantibus aut nervinis.

Tab. CXXII.

MAJORANA. *Officin.*

Origanum Majorana. Botanic.

Amaracus, Majorana latifolia, Marum Syriacum, Sampfuchus. Gallis, Marjolaine. Anglis, Majoram, Sweet Majoram.

Classis XIV. Didynamia. Ordo I. Gymnospermia.

Genus: Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens.

Species. *Origanum foliis ovatis, obtusis; spicis subrotundis, compactis, pubescentibus.*

Planta annua, in Palæstina, Lusitania indigena; apud nos in hortis culta. Floret autumnum.

In officinis habemus herbam, aquam, oleum destillatum & unguentum.

Folia sunt, præter characterem botanicum, opposita, parva, mollia, subtomentosa, integerrima, dilute viridia; odoris grati, peculiaris fortis, saporis aromatici, acris, amaricantis. Colligatur herba tempore efflorescentiæ unacum summitatibus, & in umbra siccata servetur in cistis bene clausis, ne pars aromatica perdatur.

Occupat vires stimulantibus, expectorantes atque discutientes.

zu zertheilen, und um den Bauch und die Magengegend bey anhaltendem Erbrechen, in der Trommelsucht, Windkollik, dem Durchfalle zu salben. Man pflegt es auch zu anderen nervenstärkenden, reizenden Salben und Pflastern zuzusetzen.

122. Tafel.

Der Majoran.

Meiran, Masoran, Masbran, Margran, Meyeran, Wurstkraut. Franz. Marjolaine. Engl. Majoram, Sweet Majoram.

14. Klasse. Zweymächtige. I. Ordnung. Naktfaamige.

Gattung. Der Zapfen viereckicht, ährenförmig, welcher die Blumenkelche verehnet.

Art. Dosten mit eyrunden, abgestumpften Blättern, und rundlichten, festen, weichhaarichten Blumenähren.

Er ist eine jährige Pflanze, in Palästina und Lusitanien einheimisch. Bey uns wird er in Gärten gezogen. Er blühet im Herbst.

In den Apotheken haben wir das Kraut, ein Wasser, ein destillirtes Oehl und eine Salbe.

Die Blätter sind, nebst dem botanischen Charakter, einander gegenüberstehend, klein, weich, etwas haarig, ganz, hellgrün. Sie haben einen angenehmen, eigenthümlichen, starken Geruch, und einen würzhafte, scharfen, bitterlichen Geschmack. Man muß das Kraut zur Zeit der Blüthe zugleich mit den Gipfeln einsammeln, im Schatten trocknen, und in wohlverschlossenen Schränken aufbewahren, damit der würzhafte Bestandtheil nicht verlohren gehe.

Er besitzt reizende, den Auswurf befördernde und zertheilende Arzneykräfte.

Ordinatur mox in pulvere ad drachmam dimidiam, mox in infusi aquosi, aut vinosi libra ad drachmas tres, unciam semis contra affectionem asthmaticam, morbos catarrhales, pituitosos, apoplexiam serosam, paralyin, artuum tremorem & in pluribus aliis casibus, virium vitalium languore junctis. A qua majoranæ stillatitia addatur mixturis iisdem morbis inservientibus ad uncias.

Externe usurpatur herba siccata ad cucuphas nec non cataplasmata sicca nonnunquam cum camphora aut aliis herbis aromaticis commista in rheumatismo, erysipelate. Infusum commendatur ad balnea, enemata stimulantia, antispasmodica in paralyfi, apoplexia, nec non ad fomentationes discutientes. Unguentum illiniatur abdomini doloribus colicis vexato ac membris paralyticis; etiam infantum nares aëri invia curantur hoc unguento. Herba sicca in pulverem redacta, aqua stillatitia & majoranæ infusum attrahuntur naribus ad excitandam sternutationem.

Tab. CXXIII.

MALVA VULGARIS. *Officin.*

a. Malva sylvestris. *Botanic.*

Malva agrestis, Malva equina, Malva sylvestris major, Malache, Malva erratica, Malva sylvestris procerior vel elatior. Gallis, Mauve.

Man verordnet ihn entweder in Pulver zu einer halben Drachme, oder in einem wässerrichten auch weinlichten Aufgusse zu drey Quentchen, einer halben Unze auf ein Pfund Flüssigkeit wider asthmatische Beschwerden, catarrhalische und schleimichte Krankheiten, wider den Schleimschlagfluß, Lähmungen, wider das Zittern der Gliedmassen und in mehreren anderen Fällen, welche mit dem Verluste der Lebenskräfte verknüpft sind. Das abgezogene Majoranwasser pflegt man zu Mixturen, die in den erstgenannten Krankheiten dienlich sind, zu einigen Unzen hinzuzusetzen.

Ausserlich gebraucht man das getrocknete Kraut zu Kräuterhauben und trocknen Umschlägen; und man vermengt es bisweilen mit Kampher oder anderen aromatischen Kräutern beym Rheumatismus, der Nase. Der Aufguß wird zu reizenden, krampfstillenden Bädern und Clystiren bey Lähmungen, dem Schlagflusse, nicht minder auch zu zertheilenden Bädungen empfohlen. Die Salbe dienet um bey einer Kolik den Bauch, desgleichen auch um gelähmte Glieder einzusalben. Mit eben dieser Salbe kann man auch Kindern, die durch die Nase keine Luft bekommen können, zu Hülfe kommen. Das gepülverte trockene Kraut, das abgezogene Wasser und der Majoranaufguß in die Nase gezogen sind ein gutes Niesemittel.

123. Tafel.

a. Gemeine Käsepappel.

Pappeln, Hasenpappel, Käslingkraut, Pappelkraut, Feldpappel, wilde Pappel mit grosser Blüthe, Waldmalve, Rosspappel, rothe Pappel, Hanspappel. Franz. Mauve.



MALVA VULGARIS. Off.
a. Malva sylvestris. } Bot
b. Malva rotundifolia }
Gemeine Käsepappel.

b. Malva rotundifolia. *Botanic.*

b. Gänse Pappel.

Malva folio rotundo, Malva sylvestris minor, Malva flore minore albo, Malva vulgaris vel vulgatissima. Gallicis, Mauve a feuilles rondes. Anglis, Mallow.

Classis XVI. Monadelphia. Ordo VIII. Polyandria.

Genus. Calyx duplex; exterior triphylus. Arilli plurimi, monospermi.

Species. a. Malva caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis.

— b. Malva caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobatis, pedunculis fructiferis declinatis.

Ambæ plantæ annuæ inveniuntur copiose per totam fere Europam in cultis, ruderatis, ad vias & sepes. Florent æstate.

In pharmaciis servantur flores & folia.

Folia malvæ sylvestris sunt læte viridia, petiolis pilosis instructa, in quinque vel septem lobos acutos, serratos divisa; flores foliorum axillis assidentes formantur a petalis quinque obcordatis coloris dilute purpurei, cœrulescentis aut albidi, & habent pedunculos pilosos, tenues pollicem & dimidium longos.

Folia malvæ rotundifoliæ a foliis præcedentis speciei vix distincta, si figuram reniformem magis orbiculatam, & lobos quinque obtusos, parum incisos excipiamus. Flores sunt minores, ex

Pappel mit runden Blättern, kleine Pappel, Pappel mit weißlichten und kleinen Blumen, Käsepappel, Feldpappel. Franz. Mauve a feuilles rondes. Engl. Mallow.

16. Klasse. Einbrüdrige. 8. Ordnung. Vielmännige.

Gattung. Der Kelch doppelt; der äussere dreiblättrig. Sehr viele einsamige Saamenhäute.

Art. a. Pappel mit aufrechtstehendem, krautartigem Stengel, spitzigen, siebenlappigen Blättern, und haarigen Frucht- und Blattstielen.

— b. Pappel mit darniederlegendem Stengel, herzförmig-zirkelrunden in fünf fast unmerkliche Lappen getheilten Blättern, und wenn die Früchte reif werden, mit abwärts geneigten Fruchtstielen.

Beide sind jährige Gewächse. Man findet sie häufig beynabe durch ganz Europa auf gebauten und ungebauten Plätzen, an Wegen und Zäunen. Sie blühen im Sommer hindurch.

In den Apotheken werden die Blüten und Blätter aufbehalten.

Die Blätter der gemeinen Käsepappel sind angenehm grün, mit haarichten Stielen versehen, und in fünf oder sieben spitzige, am Rande sägeförmig gezähnte Lappen abgetheilt. Die Blüten, welche zwischen den Achseln der Blätter sitzen, werden von fünf herzförmigen, hell purpurrothen, blauen oder weissen Blumenblättern gebildet, und haben dünne, anderthalb Daumen lange, haarige Stiele.

Die Blätter der rundblättrigen Malve sind von den Blättern der vorhergehenden Art fast nicht unterschieden, wenn wir die nierenförmige, mehr abgerundete Gestalt, und die fünf stumpfen, wenig eingeschnittenen Lappen der-

purpureo albescentes vel albidi & firiis rubris variegati. Odor herbaceus tam foliorum quam florum in utraque specie nihil peculiaris habet. Sapor mucilaginosus.

Gaudent virtute emolliente & relaxante.

Interne usurpantur malvæ flores & folia ad infusa vel decocta mucilaginoso, emollientia contra tussim siccam, raucedinem, nec non in morbis inflammatoriis, prout de althæa alio jam dictum fuit loco. Dosis florum in infuso drachmæ duæ; foliorum in infuso vel levi decocto uncia semis ad aquæ libram.

Externe ordinatur infusum vel decoctum, duplici cum foliorum aut florum malvæ quantitate paratum, ad gargarismata in cynanche, ad enemata in dysenteria, colica, diarrhœa, intestinorum inflammatione aut excoriatione, ad injectiones in vesicam urinariam contra calculi dolores, stranguriam, mictum cruentum, vel denique ad fomentationes contra oculi inflammationes. Herba ipsa, in cataplasmatibus consistentiâ decocta, superimponitur tumoribus duris, inflammatis ad promovendam vel resolutionem vel supurationem.

Tab. CXXIV.

MANNA. *Officin.*

Fraxinus Ornus. Botanic.

Fraxinus florida. Gallis, Frêne sauvage, Frêne à fleurs en grappes. Anglis, Wild-Ash, Flowering-Ash.

selben ausnehmen. Die Blüthen sind kleiner, purpurfarbig weiß, oder vollkommen weiß, und mit rothen Streifen versehen. Der krautartige Geruch, der Blätter sowohl als der Blüthen, hat bey beyden Arten nichts eigenthümliches. Der Geschmack ist schleimig.

Sie besitzen erweichende und schlappmachende Arznekräfte.

Innertlich gebraucht man die Blüthen und Blätter der Malve zu schleimigen, erweichenden Aufgüssen oder Abkochungen wider den trockenen Husten, die Heiserkeit, beegleichen bey Entzündungskrankheiten, wie wir schon an einem andern Orte von der Althæa gesagt haben. Gewöhnlich nimmt man zu einem Aufguss zwey Drachmen Blüthen, und von den Blättern eine halbe Unze auf ein Pfund Wasser ebenfalls zu einem Aufguss oder einer leichten Abkochung.

Außerlich verordnet man den Aufguss oder das Dekokt, die mit einer doppelten Menge von Blättern oder Blüthen der Käsepappel bereitet worden sind, zu Gurgelwässern bey Halsentzündungen, zu Klystiren in der Kolik, dem Durchfalle, der Ruhr, Entzündungen oder Wundreibungen der Eingeweide, zu Einspritzungen in die Harnblase wider Steinschmerzen, Strangurie, Blutharnen, und endlich zu Bähungen wider Augenentzündungen. Das Kraut selbst zu einem Brei gekocht legt man als Umschlag auf harte, entzündete Geschwülste, um entweder die Zertheilung oder die Eiterung zu befördern.

124. Tafel.

Manna.

Mannaesche, blühende Esche, großblumige, vollblumige, blumentragende Esche. Franz. Frêne sauvage, Frêne à fleurs en



MANNA. Off.
Fraxinus Ornus. Bot.
Die Manna.

Classis XXIII. Polygamia. Ordo II. Dioecia.

Genus. Hermaphr. Calyx vel nullus, vel quadripartitus. Corolla vel nulla, vel tetrapetala. Stamina duo. Pistillum unum. Semen unicum, lanceolatum.

Fœm. Pistillum unicum; semen unicum, lanceolatum.

Species. Fraxinus foliolis ferratis, floribus corollatis.

Habitat hic frutex in Europæ regionibus meridionalibus; ut in Calabria, Apulia, Sicilia, Italia, Litorali, Istria. Floret Majo & Junio.

In pharmaciis servatur succus ex arbore vulnerata promanans condensatus.

schwarzvioletem Saftes; haben einen saden, krautartigen Geruch und einen angenehmen, säuerlich süßen, etwas weinlichen Geschmack. Sie besitzen nährnde, erweichende und kühlende Arznekräfte.

Die frischen Früchte werden verspeist, und wegen der Menge ihres säuerlich süßen Saftes löschen sie auch vortreflich den Durst; in großer Quantität genossen, verursachen sie nicht selten einen Durchfall. Das Geselze der schwarzen Maulbeere wird entweder für sich allein löffelweis genommen, oder man sehet es solchen Mixturen bey, die in Entzündungskrankheiten, vorzüglich aber gegen die Entzündung der Rachenhöhle angezeigt sind. Der Syrup pflegt auf die nehmliche Art gebraucht zu werden; und mit Wasser verdünnet giebt er ein angenehmes, kühlendes Getränk für Kranke, die an einem Entzündungsfieber darniederliegen.

Tab. CXXXV.

MYROBALANUS CITRINA. *Officin.*

Spondias Myrobalanus. *Botanic.*

Myrobalanæ flavæ, luteæ, citrinæ; Spondias latea; Spondias Mombin jacquinii. Gallis & Anglis, Myrobalans.

Classis X. Decandria, Ordo V. Pentagynia.

Genus. Calyx quinque dentatus. Corolla quinque petala. Drupa nucleo quinqueloculari.

Species. Spondias petiolis teretibus; foliolis nitidis acuminatis.

Habitat hæc arbor in America meridionali.

Cortex fructuum in pulverem redactus habetur in nostris pharmaciis.

135. Tafel.

Myrobalanen.

Gelbe Myrobalanen. Französisch und englisch, Myrobalans.

10. Klasse. Zehnmännige. 5. Ordnung. Fünfweibige.

Gattung. Der Kelch fünfmal gezähnt. Die Blumenkrone fünfblättrig. Die Steinfrucht besteht in einer fünffächerigen Nuss.

Art. Myrobalanbaum mit länglichtrunden Blattstielen, und zugespizten glänzenden Blättern.

Dieser Baum wächst in dem mittägigen Theil von Amerika.

In unsern Apotheken hat man die zu Pulver zerstoßene Rinde der Früchte.

Myrobalanorum historia naturalis certe non satis explanata est, quod vel ob commodum mercatorum privatum, vel ob illorum ignorantiam contingere videtur; nobis enim mox a Phyllantho Emblica L. mox a Spondia Myrobalano L. mox a Terminaliæ specie hos fructus desumi paratur. Verisimillimum est, ut omnes hæc arbores, quæ nunc nominavimus, vel adhuc plures, fructus largiantur, qui Myrobalanorum sub nomine ex diversis Indiæ regionibus a mercatoribus ad nos deportantur. Hæc opinio eo plus confirmari videtur, quia apud magnarios nostros quinque diversæ fructuum species uluveniunt, quæ siccatae, recentes enim non cognoscimus, ita inter se differunt, ut dubium nequaquam persistere possit, eas a diversis arborum generibus esse procreatas. Myrobalani Belliricæ (Bellericæ, Belleregi, Belletzici, Belleficæ, Bellega) sunt rotundæ, petiolatæ, forma & colore nucibus moschatis aut gallis similes, intus flavescentes, & includunt nucleum durum. Myrobalani Chebulæ (Kebuli, Cebulæ, Quebolia) sunt omnium maximæ, ovato-oblongæ, rugosæ, polygonatæ, e flavo brunæ, & continent nucleum oblongum, foraminibus multis infructum. Myrobalani citrinæ (Arabis Delegi, Azfar) quæ solæ in pharmaciis nostris servantur, sunt ovato-oblongæ, ad apicem acutæ, sulcis multis & rugis longitudinalibus distinctæ, duræ, pollicem longæ, vix dimidium crassæ, coloris flavi, odoris nullius; saporis subdulci-amaricantis adstringentis; sub earum cortice carnosolatet nux dura, oblonga e flavo bruna. Myrobalani Emblicæ (Emblegi, Imblegi, Ambegi, de Seni) sunt magnæ,

Die Naturgeschichte der Myrobalanen ist sicher noch nicht hinlänglich auseinander gesetzt, was theils von dem privat Vortheil der Kaufleute, theils von ihrer Unwissenheit herzukommen scheint, denn bald behauptet man, daß diese Früchte von dem aschgrauen Myrobalanenbaume (Phyllanthus Emblica. L.) bald von dem gemeinen Myrobalanenbaume (Spondias Myrobalanus. L.) bald von einer Art Terminalia gewonnen würden. Das wahrscheinlichste ist, daß alle erstgenannten Baumarten, auch vielleicht noch mehrere, jene Früchte liefern, die unter dem Namen der Myrobalanen von den Handelsleuten aus verschiedenen Gegenden Indiens zu uns überbracht werden. Diese Meynung scheint dadurch noch mehr bekräftigt zu werden, indem bey unsern Spezeren-Händlern fünf verschiedene Arten dieser Früchte vorkommen, die im trockenen Zustande, denn frisch kennen wir sie nicht, so sehr von einander in Rücksicht ihrer Form abweichen, daß gar nicht daran zu zweifeln ist, daß sie von verschiedenen Baum-Gattungen abstammen sollten. Die Bellirischen Myrobalanen sind rund, gestielt, an Farbe und Form den Muskatnüssen oder Galläpfeln ähnlich, inwendig gelblich, und enthalten einen harten Kern. Die großen schwarzbraunen Myrobalanen (Myrobalani Chebulæ) unter allen die größten, sind länglicht eyrund, runzeltig, vieleckicht, gelbbraun, und enthalten einen länglichten Kern, der mit vielen Löchern versehen ist. Die gelben Myrobalanen, (bey den Arabern Delegi, Azfar) welche unter allen die einzigen in unsern Apotheken gehalten werden, sind länglicht eyrund, an ihrem Ende zugespitzt, mit vielen Furchen und Runzeln der Länge nach versehen, hart, einen Zoll lang, beynahen einen halben dick, haben eine gelbe Farbe, keinen Geruch; und einen etwas süßen, bitterlichen, zusammenziehenden Ge-

ponderosæ, densæ, hexagonæ, carnosæ, nigrescentes, saporis aciduli, & continent drupam sexlocularem, quæ in quolibet loculo semina includit duo parva, oblonga, profunde fusca. Myrobalani Indæ (nigræ) sunt oblongæ, parvæ, nigræ, rugosæ, densæ, fere octogonæ & cornis siccis quidquam similes.

Veteres medici cuilibet speciei vim singularem ac in quibusdam morbis specificam; recentiores vero omnibus eandem virtutem tribuebant, quo jure discernere non audeo. Nos solummodo nunc citrinas habemus Myrobalanos, quæ vi leviter purgante, roborante ac adstringente gaudent.

Myrobalani in arte medica hodierno tempore vix adhibentur, cum plura alia meliora medicamentorum genera eosdem effectus longe certius exercentia nota habemus. Hac causa jure e dispensatoriis deleriatque oblivioni tradi jam pridem meruissent. Sed si quis Myrobalanorum corticem in pulverem redactum, qui in nostris adhuc prostat officinis, tamen ordinare vellet, præscribat hunc pulverem, in dysenteria, diarrhœa & malo hypochondriaco proficuum, ad drachmam unam, duasve pro dosi. Cortex integer iisdem in morbis ad unciam dimidiam aut drachmas sex pro aquæ libra fervide infundi, atque cochleatim absumi potest. Liber Baro à Swieten commen-

schmack. Unter ihrer fleischigen Rinde findet man eine harte Nuß, die länglicht ist, und eine gelbbraune Farbe hat. Die aschfarbigen Myrobalanen (Myrobalani Emblicæ) sind groß, schwer, dicht, sechseckicht, fleischig, schwärzlich, haben einen säuerlichen Geschmack, und enthalten eine sechsächerige Steinfrucht, die in einem jeden Fache zwey kleine, länglichte, dunkelbraune Saamen einschließen. Die Indischen oder schwarzen Myrobalanen sind länglicht, klein, schwarz, runzellig, dicht, beynah achteckicht, und sehen den getrockneten Kornelkirschen ähnlich.

Die alten Aerzte legten einer jeden Art eine besonders eigenthümliche und in gewissen Krankheiten spezifische Kraft bey; die neueren aber hielten in ihren Wirkungen alle einander gleich, mit welchem Rechte beyde Theile dieses thaten, getraue ich mir nicht zu entscheiden. Wir haben jetzt nur die gelben Myrobalanen, die eine gelind abführende, stärkende und zusammenziehende Heilkraft besitzen.

Heut zu Tag werden die Myrobalanen in der Arzneykunst kaum mehr gebraucht, weil uns mehrere andere, und zwar bessere Gattungen von Arzneymitteln bekannt sind, die die nehmlichen Wirkungen noch weit sicherer äußern. Aus dieser Ursache hätten sie mit Recht schon lange verdienet aus den Dispensatorien ausgestrichen und vergessen zu werden. Wollte aber doch jemand die zu einem Pulver zerstoßene Myrobalanen-Rinde, wie wir sie noch in unsern Apotheken haben, verordnen, so verschreibe man dieses wider den Durchfall, die Ruhr und Hypochondrie dienliche Pulver, zu einer oder zwey Drachmen auf ein Mahl. Die noch ganze Rinde kann man auch bey eben diesen Krankheiten, zu einer halben Unze, oder sechs Drachmen auf ein Pfund Wasser, siedend aufgießen, und löf-

dat idem infusum infantibus in minore dosi, qua purgare nequit, ad roboranda intestina in procidentia ani.

Tab. CXXXVI.

FUNGUS MELITENSIS. *Officin.*

Cynomorium coccineum. Botanic.

Cynomorium purpureum officinarum, Cynomorium erectum, Fungus typhoides coccineus.

Classis XXI, Monœcia, Ordo I, Monandria.

Genus. Masc. Calyx amentum imbricatum. Corolla nulla.

Fœm. Calyx in eodem amento. Corolla nulla. Stylus unicus. Semen unicum, subrotundum.

Species. Tota planta est unicum amentum.

Patria hujus plantæ parasyticæ, quæ solummodo radicibus aliorum vegetabilium infidet, Jamaica, Mauritania, Melita, Sicilia & aliæ Italiæ regiones ad maris litora. Annua, floret Aprili & Majo.

Planta integra servatur in pharmacis ad usum medicum.

Cynomorium nullam habet radicem, si fibrillas paucas tenuissimas ac simplicissimas, quibus radicibus plurimum plantarum, præcipue Pistaciæ Lentisci, Rusci sculeati, Myrti communis, Atriplicis Halimi e. a. adhæret, excipere volumus. Caulis vel scapus est erectus, pedem dimidium longus, digitum crassus, tenax, sere coriaceus, simplicissimus

schweiß nehmen lassen. Eben diesen Aufguss empfiehlt Freyherr van Swieten für Kinder, jedoch in einer so geringen Gabe, in welcher er nicht abführen kann, wider den Vorfall des Mastdarms als Stärkungsmittel der Gedärme.

136. Tafel.

Hundsruthe.

Maltseer • Schwamm, scharlachrotte Hundsruthe, rother Hundschwanz, Mauritanischer Schwamm.

21. Klasse. Halbgetrennte. 1. Ordnung. Einmännige.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch ein dachziegelförmig übereinandergelegtes Kästchen. Blumenkrone keine.


Weibliche Blume. Der Kelch in eben diesem Kästchen. Blumenkrone keine. Griffel einer. Saamen einer, fast rund.

Art. Die ganze Pflanze ist ein einziges Kästchen.

Das Vaterland dieser Schmarozerpflanze, die sich nur an den Wurzeln anderer Gewächse befindet, ist das Gestade von Jamaica, Mauritien, Malta, Sicilien und anderer Gegenden von Italien. Sie ist jährlich und blühet im April und May.

Die ganze Pflanze wird in den Apotheken zum Arznegebrauch aufbewahrt.

Die Hundsruthe hat keine Wurzel, wenn wir die wenigen, sehr zarten und sehr einfachen Fäserchen, mit welchen sie sich an die Wurzeln mehrerer Pflanzen, vorzüglich des Mastixbaums, des Mausdorns, der Myrte, des Meerportulaks u. a. anhängt, ausnehmen wollen. Der Stengel oder Schaft ist aufrechtstehend, einen halben Fuß lang, eines Fingers dick, jähre, beynähe lederartig,



FUNGUS MELITENSIS. Off.
Cynomorium coccineum. Bot.
Hundsruthe.

vel omnibus ramis destitutus; tum adhuc junior, squamis ovatis, acutis, imbricatis, albis tegitur, quas vero tempore efflorescentiæ deponit, ut fere nudus evadat. In caulis acumine apparet amentum albidum, sæpe longitudine ipsius caulis, sed crassitie dupla, quod a quam plurimis bracteis parvis, ovatis, densissime imbricatis purpureis formatur, in quarum sinu flosculi sessiles, qui tantummodo ex fructificationis partibus constant, adhærent. Semina demum copiosa sunt solitaria; subrotunda, nigra, panico similia. Planta recens a minima digitorum compressione succum coloris sanguinei emittit; siccata vero evadit dura, rugosa, profunde purpurea. Odorem non habet; sapor autem est amaricans, mucilaginosus, adstringens.]

Possidet vim adstringentem, tonicam.

Laudatur Fungus melitensis siccatus ut egregium remedium contra diarrhœam, dysenteriam, vomitum cruentum, hæmorrhagiam uteri & alia proflavia sanguinea. Porrigitur plerumque sub pulveris forma a scrupulo ad drachmam in vino rubro, carniū jure, aut aqua. Decoctum ad sananda ulcera urethræ venerea externe applicatum a multis quoque commendatum fuit.

sehr einfach, oder ganz ohne Nefte; wenn die Pflanze noch jung ist, so wird er vollkommen von eyrunden, zugespitzten, dachziegelförmig übereinandergelegten, weissen Schuppen bedeckt, die aber zur Zeit der Blüthe abfallen, so zwar, daß er hernach ganz kahl ist. An dem Gipfel des Strunkes kommt ihr weisses Köstchen zum Vorschein, das oft die Länge des Stieles selbst hat, aber noch ettmahl so dick ist, und von sehr vielen kleinen, eyrunden, sehr dicht dachziegelförmig übereinandergelegten, purpurfärbigen Blattdecken gebildet wird, zwischen welchen die aussitzenden Blümchen, die nur aus den Geschlechtstheilen bestehen, sich zeigen. Die Saamen endlich sind sehr häufig, beynabe rund, schwarz, dem Hirse ähnlich, und stehen einzeln. Die frische Pflanze gibt beym geringsten Druck der Finger einen blutrothen Saft von sich; getrocknet wird sie hart, runzelig, und dunkel purpurfärbig; Geruch hat sie keinen; der Geschmack aber ist etwas bitter, schleimig und zusammenziehend.

Sie besitzt zusammenziehende, tonische Heilkräfte.

Man rühmt den getrockneten Malthefer-Schwamm als ein vortreffliches Mittel wider den Durchfall, die Ruhr, das Blutspenen, den Mutterblutsturz und andere Blutflüsse. Man giebt ihn gewöhnlich in Pulverform von einem Skrupel bis zu einer Drachme im rothen Weine, in Fleischbrühe oder Wasser. Das Dekokt ist auch von vielen zur Heilung venerischer Geschwüre in der Harnröhre als ein äusserliches Arzneymittel empfohlen worden.

Tab. CXXXVII.

MYRTILLUS. *Officin.**Vaccinium Myrtillus. Botanic.*

Vitis idæa nigra, Vaccinia nigra. Gallis, Airelle, Raisin des bois, Lucette, Morets, Myrtille. Anglis, Blakwhorts, Whortle-berries, Bill-berries, Whortles.

Classis VIII. Octandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx superus. Corolla monopetala. Filamenta receptaculo inserta. Bacca quadrilocularis, polysperma.

Species. *Vaccinium pedunculis unifloris, foliis serratis, ovatis, deciduis; caule angulato.*

Habitat hic frutex in sylvis umbrosis, montanis, alpinis & subalpinis in omnibus Europæ regionibus, frigidioribus præcipue. Floret ab Aprili ad Junium.

In pharmacis habemus Syrupum e fructibus paratum.

Fructus, qui sub finem Julii perfectam attingunt maturitatem, sunt globosi, exigui, magnitudine baccarum juniperi, umbilico duplici concentrico notati, calyce coronati, quadriloculares, continent carnem succo purpureo turgescens, atque in loculis multa semina minutissima. Sapor acido-dulcis simulque subaulterus. Color baccarum extus pro-

137. Tafel.

Heidelbeere.

Schwarze Preußelbeere, schwarze oder blaue Heidelbeere, Praußelbeere, schwarze Steinbeere, Griffelbeere, Kräubeere, Staudelbeere, Rosßbeere, Drumpelbeere, Krackbeere, schwarze Beere, Pichelbeere, schwarze Besinze, Kuhthecken, Gandelbeere, Blaubeere, Schwanzbeere, Staudenbeere, Bickbeere. Franz. Airelle, Raisin des bois, Lucette, Morets, Myrtille. Engl. Blakwhorts, Whortle-berries, Bill-berries, Whortles.

S. Klasse. Achtmännige. I. Ordnung. Einweibige.


Gattung. Der Kelch oben. Die Blumenkrone einblättrig. Die Staubfäden dem Fruchtboden eingesenket. Die Beere vierfächerig, viel-saamig.

Art: Heidelbeere mit einblumigen Fruchtstielen; sägeförmig eingeschnittenen, eyrunden, abfallenden Blättern; und eckigem Stengel.

Dieser Strauch wohnet in schattigen Wäldern, in Gebirgen, auf hohen und niedrigen Alpen durch ganz Europa, vorzüglich in den kälteren Gegenden. Er blühet vom April bis zum Junius.

In den Apotheken haben wir den von den Früchten bereiteten Syrup.

Die Früchte, welche gegen das Ende des Julius ihre vollkommene Reife erlangen, sind kugelförmig, klein, beynabe so groß als die Wachholderbeeren, mit einer gedoppelten concentrischen nabelähnlichen Vertiefung versehen, mit dem Blumenfelde wie mit einer Krone geschmückt, und in vier Fächer abgetheilt; sie enthalten ein von einem purpurrothen Saft gefülltes Fleisch, und in den Fächern



MYRTILLUS. off. Vaccinium Myrtillus. Bot. Der Heidelbeerstrauch



NAPELLUS. Off.
Aconitum Napellus Bot.
Eisenhütlein.

pius niger, sed ob pulverem, a quo penitus teguntur, saturatissime cæruleus.

Gaudent vi refrigerante nec non adstringente.

Fructus perfecte maturi recentes vel siccati comedi possunt, & commendantur, præprimis cum vino rubro, illis, qui diarrhœa habituali laborant; immaturi vero aut nimia quantitate assumpti producant ventris tormina atque alvi obstructions pertinacissimas. Ulcera faucium scorbutica ab esu Myrtillorum sanata fuisse nonnulli affirmant. Syrupus, qui non raro ad gargarismata contra gingivas laxas & faucium inflammationem adhibetur, certe vim nullam habet peculiarem, atque fructus optatos nequaquam præstabit, pauca enim virtus adstringens, fructibus propria, in syrupo plane aboluit; solummodo igitur ad edulcorandas medicamentorum fluidorum compositiones usurpetur. De Myrtillorum fructu & applicatione in re domestica vel œconomica alio loco dicturus.

blek, sehr kleine Saamen. Der Geschmack ist säuerlich süß und zugleich etwas zusammenziehend. Von außen ist die Farbe der Beere eigentlich schwarz, wegen dem Staube aber, mit welchem sie ganz bedeckt sind, vollkommen dunkelblau.

Sie besitzen eine kühlende und zusammenziehende Arznekraft.

Die vollkommen reifen frischen oder getrockneten Früchte können gespeist werden, und man empfiehlt sie, hauptsächlich mit rothem Weine, für jene, die am habituellen Durchfalle leiden; die unreifen aber, oder wenn sie in zu großer Menge genossen worden sind, verursachen heftige Leibes Schmerzen und die hartnäckigsten Verstopfungen des Stuhlgangs. Einige behaupten auch, daß von dem Genuße der Heidelbeere scorbutische Geschwüre im Munde geheilet worden seyen. Der Syrup, welcher nicht selten zu Gurgelwässern wider die Schiaffheit des Zahnfleisches und gegen Halsentzündungen gebraucht wird, hat gewiß keine auszeichnende Heilkraft, und wird keineswegs den gehesten Nutzen leisten; denn die wenige zusammenziehende Eigenschaft der Früchte ist beym Syrup gänzlich verschwunden; daher soll man ihn nur zum Versüßen der Zusammensetzungen süßiger Arzneimitteln gebrauchen. Von dem Nutzen und dem Gebrauche der Heidelbeere in der Haushaltung oder Oekonomie werde ich an einem andern Orte sprechen.

Tab. CXXXVIII.

NAPELLUS. *Officin.*

Aconitum Napellus. *Botanic.*

Aconitum cæruleum, Prasatella Paracelsi, Cucullus Monachi, Vulparia, Vulpicida, Aconitum Lycoctonum cæruleum, Canicida, Napellus luteus. Gallis, Aco-

138. Tafel.

Eisenhütchen.

Blauer Sturmhut, Teufelswurzel, Narrenkappe, blaue Wolfswurzel, Kappenblumen, Mönchskappe, Fuchswurzel, Würgling, Stiegentod, Napellenkraut, blaues Eisenhütlein. Franz.

nit; Chaperon de moine. Anglis,
Wolfsbane, Monkshood.

Classis XIII. Polyandria. Ordo III.
Trigynia.

Genus. Calyx nullus. Petala quinque:
supremo fornicato. Nectaria duo, pe-
dunculata, recurva. Capsulæ siliquolæ
tres seu quinque.

Species. *Aconitum foliorum laciniis*
linearibus, superne latioribus, linea
exaratis.

Invenitur in alpibus, locis elevatis, mon-
tosis, sylvaticis Austriae, Carinthiae,
Carnioliae, Bavariae, Sueviae, Helve-
tiae, Hercyniae, Galliae, in Pyrenæis
Hispaniae spontaneum; in hortis cultura
educatur. Floret Julio & Augusto. ra-
dice perenni.

In pharmacopoliis servatur extractum
ex herba paratum.

Folia sunt alternatim posita, magna,
utrinque glabra, supra profunde viridia
& nitida, subtus pallidiora, petiolis in-
fructa, in tres, quator aut quinque lo-
bos partita, qui magis vel minus laci-
niati atque acuminati, & quorum lacinia
ultima inæqualiter trifida, omnes vero
in plano superiori linea sulcata notatae
sunt. Petioli habent figuram extus con-
vexam, intus excavatam, & formant
in plano foliorum inferiori tot strias pal-
lidiores convexas, quot laciniae adsunt.
Herba sicca nullum refert odorem, re-
cens, si inter digitos teritur, debilem
quodammodo virosam; sapor amaricans
valdeque acris. Decerpantur & colli-
gantur herbae folia in usum pharmaceu-
ticum ante florum expansionem de

Aconit; Chaperon de moine. Engl.
Wolfsbane, Monkshood.

13. Klasse. Vielmännige. 3. Ordnung.
Dreyweibige.

Gattung. Kelch keiner. Blumenblätter fünf,
von welchen das oberste gewölbt ist. Honig-
bältnisse sind zwey nach rückwärts gekrümmt
und mit kleinen Stielen versehen. Die Saa-
menkapseln sind kleine Schotten drey bis fünf
an der Zahl.

Art. Sturmhut mit lintenförmigen, oben
breiteren, durch eine Linie ausgefurchten Ein-
rissen der Blätter.

Man findet es wild auf den Alpen, auf erhabenen,
gebirgigen und waldigen Orten in
Oesterreich, Kärnthen, Krain, Bayern,
Schwaben, in der Schweiz, auf dem Harze,
in Frankreich, auf den Pyrenæen in Spanien;
in Gärten zieht man es durch Kunst. Es
blühet im Julius und August, und ist aus-
dauernd.

In den Apotheken hat man das aus dem Kraut
bereitete Extract.

Die Blätter stehen wechselweis; sie sind groß,
von beyden Seiten glatt, oberhalb dunkel-
grün und glänzend, unterhalb etwas bläßer,
mit Stielen versehen; in drey, vier oder fünf
Lappen abgetheilt, welche bald mehr bald we-
niger tief eingerissen und zugespitzt sind; und
von welchen der letzte Abschnitt ungleich drey-
spaltig ist, alle Einschnitte aber auf ihrer
oberen Fläche mit einer gefurchten Linie be-
zeichnet sind. Die Blattstiele haben von aussen
eine gewölbte, von innen eine ausgehöhlte
Form, und bilden auf der untern Fläche der
Blätter eben so viele bläßere erhabene Streife,
als Abschnitte da sind. Das getrocknete Kraut
hat keinen Geruch, das frische aber, wenn
es zwischen den Fingern gerieben wird, einen
schwachen in etwas giftartigen. Sein Ge-
schmack ist bitterlich, und sehr scharf. Zum

plantis sponte crescentibus; nam Aconitum in hortis cultum maxima ex parte vim medicam suam perdidit.

Possidet vires acre stimulantibus, diaphoreticas, nonnunquam diureticas.

Planta integra jam dudum habebatur venenum, quod non solum hominibus, sed etiam bobus, capris, ovibus, lupis, muribus & felibus mortem conciliabat; etiamsi equi eadem sine damno vescuntur. Liber Baro à Stoerk institutis experimentis monstravit, herbæ Aconiti extractum egregium sistere medicamentum, ac variis in morbis proficuum, tummodo cautâ manu & bene perpensis circumstantiis porrigitur, alii medici quam plurimi has observationes suismet ipsis confirmaverunt. Laudatur istud extractum, quod ex succo herbæ recentis expresso atque inspissato paratur, contra dolores arthriticos, rheumatismum chronicum, artuum paralyin, viscerum obstructions, dolores nocturnos osteocopos ex causa venerea, sanata lucæpius remanentes, in amaurosi, serophulis & aliis ulceribus chronicis cum habitu cachectico junctis. Propinatur extractum Aconiti mox per se, mox cum aliis medicamentis e. g. antimonialibus, opiatis, mercurialibus, extractis amaris, guajaco &c. combinatum, vel sub solutionis, pulveris aut pilularum forma, prout & morbi indoles & ægrotantis status exposculant. Dosis non semper eadem, sed à grano unico incipiendum & sensim sensimque augendo, usque ad drachmam aut duas progrediendum est, nisi nova gravia symp-

Arzneugebrauch muß man die Blätter dieses Krauts, noch bevor sich die Blüthen entwickeln, von wildwachsenden Pflanzen abpflücken und einsammeln; denn der in Gärten gezogene blaue Sturmhut hat seine Arzneykraft beynahe gänzlich verloren.

Er besitzt scharf reizende, schweißtreibende und manchmahl auch den Harn befördernde Heilkräfte.

Schon vor langer Zeit hielt man diese ganze Pflanze für ein Gift, das nicht nur allein den Menschen, sondern auch dem Hornvieh, den Ziegen, Schafen, Wölfen, Mäusen und Katzen den Tod verursachte; obschon die Pferde dieselbe ohne Nachtheil genießen. Herr Baron von Störk hat durch angestellte Versuche gezeigt, daß das Extract des Krauts vom Eisenhütchen ein vortreffliches und in vielen Krankheiten nützlichcs Arzneymittel sey, wenn es nur mit vorsichtiger Hand und mit genauer Ueberlegung aller Umstände gegeben wird. Sehr viele andere Aerzte haben diese Beobachtungen durch ihre eigenen bekräftiget. Man rühmt diesen Auszug, der aus dem ausgepreßten und verdickten Saft der frischen Blätter verfertigt wird, wider arthritische Schmerzen, den chronischen Rheumatismus, die Lähmung der Gliedmassen, bey Verstopfungen der Eingeweide, den nächtlichen Knochenschmerzen von venerischer Ursache, die auch nach gedellter Lustfeuchte noch öfters zurückbleiben, bey schwarzen Staar, bey Stropheln und anderer langwährigen Geschwüren, welche mit Kachexie verbunden sind. Man pflegt das Eisenhütchen-Extract bald für sich allein, bald mit andern Arzneymitteln versetzt, als z. B. mit Spießglanz-Präparaten, Opium, Quecksilbermitteln, bittern Auszügen, Guajac u. s. w. entweder in einer Solution, in Pulver- oder Pillenform zu geben, je nachdem es die Natur der Krankheit und der Zustand des Kranken erfordern. Die Gabe ist nicht immer

tomata, quæ hoc remedium seponendum esse demonstrarent, exorta fuissent.

Nonnulli imponunt herbam recentem partibus dolentibus in scopum rubefacientem aut vesicantem.

Tab. CXXXIX.

NASTURTIIUM AQUATICUM. *Officin.*

Sisymbrium Nasturtium. Botanic.

Cresso, Laver odoratum, Cardamine aquaticum, Sion, Sium majus, Sisymbrium aquaticum, Nasturtium aquaticum, supinum vulgare, spurium, Pseudonasturtium, Nasturtium fontanum, Nasturtia-ria. Gallis, Cresson de fontaine. Anglis, Water - Cresses.

Classis XV. Tetradynamia. Ordo II. Siliquosæ.

Genus. Siliqua dehiscens valvulis rectiusculis. Calyx patens. Corolla patens.

Species. *Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis; foliolis subcordatis.*

Crescit per totam Europam in Asia & America septentrionali ad rivulos, in puteis, aquis stagnantibus, aut lente fluentibus limpidis. Floret Majo & Junio radice perenni.

In pharmaciis prostat conserva ex foliis recentibus parata.

Folia sunt magna, pinnata cum impari, & consistant ex foliolis undecim plerumque usque ad novemdecim. Foliola ipsa

die nehmliche, sondern man muß von einem einzigen Graue anfangen, und die Dosis nach und nach stufenweis vermehren, bis man auf eine oder zwey Drachmen aufgestiegen ist, wenn anders keine neuen gefährlichen Zufälle, die von dem Gebrauche dieses Mittels abzusehen anzeigen würden, hinzugekommen wären.

Einige legen auch das frische Kraut auf schmerzhaftes Theile als ein rothmachendes oder blasenziehendes Mittel.

139. Tafel.

Brunnenkresse.

Wasserkresse, Baumkresse, Bornkresse, Wasser-
raute, gemeine Raute; Französisch,
Cresson de fontaine. Englisch, Water-
Cresses.

15. Klasse. Viermächtige. 2. Ordnung.
Schöttige.

Gattung. Die Schotte aufspringend, mit etwas
geraden Klappen. Der Kelch abstehend. Die
Blumentrone offen stehend.

Art. Raute mit niedergebeugten Schotten, ge-
fiederten Blättern, und beynabe herzförmigen
Blättchen.

Sie wächst in ganz Europa, in dem mitternäch-
tigen Asien und Amerika an kleinen Bächen,
in Brunnen, stehenden, oder langsam fließen-
den klaren Wässern. Sie blühet im May und
Junius, und ist ausdauernd.

In den Apotheken hat man die Conserve,
welche aus den frischen Blättern bereitet ist.

Die Blätter sind groß, gefiedert mit einem
ungepaarten Endblättchen, und bestehen mei-
stens aus elf bis neunzehn kleineren Blättchen.



NASTURTIIUM AQUATICUM. Off.
Sisymbrium nasturtium. Bot.
Die Brunnenkresse.

sunt sessilia, cordato - subrotunda, in margine obtuse serrata, crassa, succulenta, glabra, læte viridia; odoris, tum fricantur, acris; saporis subacris, amaricantis. Cavendum est, ne confundatur cum cardaminis amaræ L. herba, cujus folia figuram magis oblongam & angustam, saporemque valde amarum habent. Per destillationem herbæ Nasturtii aquatici obtinuerunt chymici salem alcalinum volatilem.

Occupat vires stimulantibus ac antiscorbuticis.

Herba recens recipitur ad acetaria, & laudatur ut remedium in scorbuto proficuum, sed tamen viribus debilior est quam cochlearia aliæque sic dictæ plantæ antiscorbuticæ. Succus recenter pressus unacum aliarum plantarum succo e. g. beceabungæ, fumaris, urticæ e. a. absumitur ad uncias, vel per se, vel cum sero lactis, aquis medicatis &c. tempore vernali contra viscerum obstructions, renum calculum, phthisin. Infusum herbæ Nasturtii aquatici cum aqua, vino aut cerevisia paratum pari modo & eundem in scopum pro potu hauriatur. Decoctum parum efficit, quia coctione partes volatiles dissipantur. Conserva, quæ ex foliis recentibus in pastam contulis & superaddendo saccharo pulverisato confici solet, ordinatur cochlearim iisdem in morbis.

Die Blättchen selbst sind fest aufsitzend, zugerundet, eysförmig, am Rande stumpf sägeförmig eingeschnitten, dick, fastig, glatt, angenehm grün; sie haben, wenn sie gerieben werden, einen scharfen Geruch, und einen etwas beissenden, bitterlichen Geschmack. Man muß sich wohl in Acht nehmen, daß man sie nicht mit der Bitterkresse (Cardamine amara. L.) verwechsle, deren Blätter eine mehr längliche und schmalere Form und einen sehr bitteren Geschmack haben. Durch die Destillation der Brunnenkresse haben die Chemisten ein flüchtiges alkalisches Salz erhalten.

Sie besitzt reizende und scorbutwidrige Heilkräfte.

Das frische Kraut gebraucht man als Salat, und man rühmt es als ein dienliches Mittel wider den Scorbut; es ist aber an Kräften doch schwächer als das Löffelkraut und andere sogenannte scorbutwidrige Gewächse. Den frisch ausgepreßten Saft mit dem Saft anderer Pflanzen z. B. der Bachungen, des Erbrauchs, der Brennessel u. a. gebraucht man ungenweiss entweder für sich allein, oder mit Molken, Mineralwässern u. s. w. als Frühlingstur gegen Verstopfungen der Eingeweide, den Stein der Nieren und die Verzehrung. Den Aufguss des Krauts der Wasserkresse mit Wasser, Wein, oder Bier zubereitet, verwendet man auf eben diese Art und mit dem nehmlichen Endzweck als Trank. Der Absud ist wenig wirksam, weil durch das Kochen die flüchtigen Theile zerstreuet worden sind. Die Conserva, welche aus den frischen Blättern, die zu einem Teig zerstoßen wurden, mit hinzugegebenem gestoffenem Zucker bereitet wird, gibt man löfweise in eben diesen Krankheiten.

Tab. CXL.

NICOTIANA, *Officin.*Nicotiana Tabacum, *Botanic.*

Petum, Tabacum, Tubacum. Herba St. Crucis, Herba reginæ, Herba matris, Herba Catharinæ, Herba Medicea, Sana sancta, Torna bona, Hyosciamus Peruvianus, Hyosciamus luteus, Petume, Pycielt, Symphitum indicum, Nicotiana latifolia, Tabacum majus. Gallis, Tabac, Nicotiane, Petum. Anglis, Tobacco.

Classis V. Pentandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Corolla infundibuliformis limbo plicato. Stamina inclinata. Capsula bivalvis, bilocularis.

Species. Nicotiana foliis lanceolato-ovatis, sessilibus, decurrentibus; floribus acutis.

Crescit spontanea in America meridionali cultura etiam in regionibus Germaniæ, Hungariæ, Belgii, educatur copiosissime. Floret a Majo ad Augustum; annua.

In officinis habemus folia sicca.

Annotuit hæc planta anno 1560. in Europa, cum quidam Gallus Joannes Nicot legatus in Portugalia semina, quæ a mercatoribus Belgicis e Florida Americæ septentrionalis provincia accepit, Catharinæ de Medicis Gallorum regis Henrici II. uxori mitteret, quæ ea in horto regio seri jubebat, & unde nomina Herba Nicotiana, Herba Medicea exoriebantur. Folia habent figuram lanceolato-ovatum, sunt magna, sæpe pedem & ultra longa, sessilia, glabra, nitida, succulenta, integerrima;

140. Tafel.

Tabak.

Tobak, Indianische Betnwelle, Indianisches Wundkraut, heiliges Wundkraut, Peruvianisches Wundkraut, Heil aller Welt, heilsames Kraut, Kraut des heiligen Kreuzes, Virginiſcher Tobak, großer breitblättrichter Tabak, gemeiner Tabak. Franz. Tabac, Nicotiane, Petum. Engl. Tobacco.

5. Klasse. Fünfmännige. I. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Die Blumenkrone trichterförmig mit gefaltetem Rande. Die Staubgefäße abwärts eingebogen. Die Saamentapsel zweyklappig, zweyfächerig.

Art. Tabak mit lanzettförmig-eyrunden, aufsitzen, ablaufenden Blättern, und spitzigen Blumen.

In dem mittägigen Amerika wächst er wild; durch Kultur wird er in den Gegenden von Deutschland, Ungarn und Holland sehr häufig gebauet. Er blühet vom May bis zum August, und ist jährlich.

In den Apotheken haben wir die getrockneten Blätter.

Diese Pflanze wurde in Europa zuerst im Jahre 1560 bekannt, indem ein gewisser Franzos, Johann Nicot, der Gesandter in Portugal war, die Saamen, welche er von holländischen Kaufleuten aus Florida einer Provinz des nördlichen Amerika erhalten hatte, der Katharina von Mediceis, Gemahlin König Heinrichs des Zweyten von Frankreich übersandte, die sie sodann in dem königlichen Garten zu säen befohl, und woher auch die Namen Nikotskraut (herba nicotiana) medicisches Kraut (herba medicea) entstanden sind. Die Blätter haben eine lanzett-



NICOTIANA PETUM TABACUM. Off.
Nicotiana Tobacum. Bot.
Taback.

monstrant colorem læte viridem, odorem fortem, peculiarem, ingratum, atque saporem acrem, nauseosum. Hæc Nicotianæ species cum cæteris vix commutari potest, quæ per folia petiolata facillime distinguendæ sunt.

Occupat vires stimulantés, errhinas, narcoticas, stupefacientes, anodynas, acre purgantes atque diureticas.

Tota planta jam pridem venenata habebatur, & oleum per destillationem obtentum homines ac animalia occidere dicitur, si eorum sanguini immediatum fuisset admistum. Folia vero interne vario modo in arte medica adhibentur; etiamsi & illa apud homines vertiginem, animi deliquium, calorem fervidum ventriculi, inquietudinem, nauseam, vomitus, ventris tormina, & stuporem non raro producere solent, quæ quidem symptomata fere semper traheunt, quin alia mala sequerentur. Laudatur *Herba Nicotiana* in hydrope, dysuria, asthma, tympanite, contra alvi obstructions pertinacissimas, passionem iliacam & hernias incarceratas, si a spasmodis, intestinorum laxitate aut mucositate producta fuerint, & forma morborum sthenica usum non prohibeat. Ordinatur præprimis bono cum successu sequenti modo ad normam *Fowleri*: infundatur foliorum *Tabaci* uncia in aquæ fervidæ libra, & digeratur per horam; colaturæ addantur spiritus vini rectificati uncia duæ, & sumantur bis de die guttæ quadraginta, quinquaginta aut sexaginta, prout nempe ægrôtantes perferre possunt, & morbi magnitudo requirit.

Formig-eyrunde Figur, sind groß, oft einen Fuß und darüber lang, ohne Stiel auffigend, fettglattig, glänzend, saftig, und am Rande ohne Einschnitte; sie besitzen eine angenehme grüne Farbe, einen starken, eigenthümlichen widerlichen Geruch, und einen scharfen, eckelhaften Geschmack. Es ist beynah unmöglich diese Art des Tabaks mit den übrigen zu verwechseln, die sich sehr leicht durch ihre gefalteten Blätter unterscheiden lassen.

Er besitzt reizende, niesen-erregende, schlafmachende, betäubende, schmerzstillende, heftig abführende und harntreibende Arznekräfte.

Die ganze Pflanze wurde schon längst für giftig gehalten, und man sagt, daß das durch die Destillation von ihr erhaltene Oehl Menschen und Thiere tödte, wenn es ihrem Blute unmittelbar beygemischt würde. Die Blätter aber gebraucht man innerlich auf verschiedene Art in der Heilkunde; obschon auch sie bey den Menschen Schwindel, Ueblichkeiten, eine brennende Hitze im Magen, Unruhe, Eckel, Erbrechen, heftige Bauchschmerzen und Betäubung nicht selten zu verursachen pflegen. Diese Zufälle gehen fast allemahl bald vorüber, ohne daß andere üble Folgen davon entstünden. Man rühmt das Kraut des *Tabaks* in der Wassersucht, der Harnstrenge, der Engbrüstigkeit, der Trommelsucht, wider die hartnäckigsten Verstopfungen des Stuhlgangs, die Darmlicht und bey eingeklemmten Brüchen, wenn sie von Krämpfen, Schlassheit oder Verschleimung der Eingeweide entstanden sind, und eine entzündliche Form der Krankheiten den Gebrauch desselben nicht verblethen. Man verordnet es vorzüglich auf folgende Art nach der Vorschrift *Fowlers* mit gutem Erfolge: man überbrühe eine Unze *Tabaksblätter* mit einem Pfunde kochenden Wassers, und lasse es durch eine Stunde digeriren; zu der durchgesehenen Flüssigkeit gebe man zwey Unzen rectificirten Weingeist,

Externe usurpatur pulvis foliorum naribus attractus ad excitandam sternutationem, sed Tabaco jam assueti nullum abhinc habebunt effectum. Fumus foliorum Nicotianæ accensorum ope machinæ in formam clysmatis ano immixtus adhibetur contra hernias incarceratas, alvi obstructions, in passione iliaca, & ad excitandos homines morte apparente, apoplexia nervosa aut serosa decumbentes; sed bene attendendum, ne nimia sumi quantitate abdomen maximopere dilatetur, pectoris cavitas angustetur, sanguinis circulatio & respiratio impediatur, atque sic resuscitatio ipsa impossibilis reddatur. Hæc sumi applicatio non in longum protrahi, sed potius repetita vice, quadrantis horæ intervallo, denuo tentari debet, quia fumus alias vim suam excitantem amittit, & narcoticus evadit. Eodem modo infusum vel decoctum Tabaci, quod etiam ad mundanda ulcera sordida, inveterata seu gangranosa usurpatur, ad enemata stimulantia assumi potest; sed & externus Nicotianæ usus evitandus est, si intestina fuerint inflammata, ne superveniente tam acri stimulo morbi periculum augeatur, & mors sæpe concilietur. De usu & abusu Tabaci plura in œconomicis dicam.

und lasse zweymal des Tages vierzig, fünfzig oder sechzig Tropfen nehmen, je nachdem es die Kranken vertragen können, und die Größe der Krankheit erfordert.

Außerlich gebraucht man die gepulverten Blätter in die Nase gezogen als ein Niesemittel; diejenigen aber, welche den Tabak schon gewohnt sind, werden davon keine Wirkung erfahren. Des Rauches der angebrannten Tabakblätter, welcher mit einem eigens hiezu verfertigten Instrumente nach Art einer Clystir in den Nasendarm gebracht wird, bedienet man sich wider eingestemmte Brüche, bey Verhaltungen des Darmkoths, wider das Miserere, und um Scheintodte, oder am nervösen oder serösen Schlagflusse betäubt darniederliegende wieder zu beleben, man hat sich dabey aber wohl in Acht zu nehmen, daß der Bauch durch eine zu große Menge Rauches nicht zu stark angedehnt, die Brusthöhle dadurch nicht verengt, der Kreislauf des Blutes und das Athemhohlen verhindert, und so die Wiederbelebung unmöglich gemacht werde. Diese Anwendung des Rauches muß man nicht unausgesetzt zu lange gebrauchen; sondern man soll sie vielmehr öfters wiederholen, und immer nach einem Zwischenraume von einer Viertelstunde aufs neue versuchen, weil sonst der Rauch seine reizende Kraft verliert, und als ein narcotisches Mittel wirkt. Auf eben diese Art kann man den Aufguss oder Absud des Tabaks, der auch als ein Reinigungsmittel bey unreinen, veralteten oder brändigen Geschwüren gebraucht wird, zu reizenden Clystiren nehmen; aber selbst der äußerliche Gebrauch des Tabaks muß vermieden werden, so bald eine Entzündung der Gedärme zugegen ist, damit von dem neu hinzu gekommenen Reize die Gefahr der Krankheit nicht vermehret, und so der Tod verursacht werde. Von dem Gebrauche und Mißbrauche des Tabaks werde



OLEA. Off.
Oleā europæa. Bot.
- *Der Oelbaum.*

ich bey den ökonomischen Gegenständen noch mehr sprechen.

Tab. CXLI.

141. Tafel.

OLEA. *Officin.*

Dehlbaum.

Olea europæa. Botanic.

Olea fativa, Olea domestica, Vernicoma, Elaia. Gallis, Olivier, Anglis, Olives, Olive-tree.

Olivendbaum, zahmer oder europäischer Dehlbaum. Franz. Olivier, Engl. Olive-tree.

Classis II. Diandria. Ordo I. Monogynia.

2. Klasse. Zweymännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Genus. Corolla quadrifida; laciniis subovatis. Drupa monosperma.

Gattung. Die Blumenkrone vier-spaltig: mit beynabe eysförmigen Einrisen. Die Steinfrucht einsamig.

Species. *Olea foliis lanceolatis.*

Art. Dehlbaum mit lanzettförmigen Blättern.

Crescit hæc arbor spontanea in Europa meridionali sub fruticis forma in vineis neglectis, olivetis, habet ramos spinoscentes, & floret nunquam. In cultis arboris magnitudinem attingit, est inermis, & floret Aprili. In Portugalia, Hispania, Italia, Gallia meridionali copiosissime colitur.

Dieser Baum wächst in dem mittägigen Theil von Europa unter der Gestalt eines Strauchs in wüsten Weingebirgen und Dehlgärten wild, hat da etwas dornige Aeste, und blühet niemahls. In gebauten Orten erreicht er die Größe eines Baumes, ist ohne Dornen, und blühet im April, In Portugal, Spanien, Italien und dem mittägigen Theil von Frankreich wird er sehr häufig gezogen.

In officinis prostat oleum e fructibus maturis pressum, oleum olivarum dictum.

In den Apotheken hat man das aus den reifen Früchten gepresste Dehl, welches insgemein Olivendöl oder Baumdöl genennt wird.

Tres præcipue species olei olivarum ratione bonitatis secundum varios expressionis gradus distingui debent, e quibus tantummodo prima, id est, post primam preli compressionem obtenta, in arte medica adhiberi solet. Hoc oleum, oleum olivarum album seu vlrineum dictum, sit pellucidum, limpidum; habeat colorem albidum aut ex albo sublavescens, odorem fere nullum, saporem subdulcem, non ingratum, pinguem; si aëri exponitur, non exsiccescat; si li-

In Rücksicht der Güte hat man vorzüglich dreyerley Gattungen des Olivendöls, nach den verschiedenen Graden des Auspressens, zu unterscheiden, von welchen nur die erste, das ist jene, die gleich nach dem ersten Zusammen-drücken der Presse erhalten wird, in der Arzneykunst verwendet zu werden pflegt. Dieses Dehl, das auch weißes Baumdöl, Provençer- oder Jungferndöl genennt wird, muß ganz durchsichtig und klar seyn, eine weißlichte oder aus dem Weißen etwas ins Gelbe spielende Farbe, beynabe gar keinen Geruch, einen

gori objicitur, abeat ad quadraginta gradus Fahr. in massam tensiorem sebaceam, remanente tamen in meditullio quopiam olei clari, liquidi, non coagulabilis, & ardeat flamma lucida, parum fumante atque vix olente. Oleum e fructibus immaturis, vel jam putrescentibus, aut summa vi preli expressum, nec non ipsum bonum, si diutius servatur, rancidum evadit & turbidum, quod deinde a mercatoribus fraudulentis aliis cum oleis e. g. oleo lini, raparum, papaveris vel plumbo adulteratur, ut color simul ac sapor denuo, in noxam consumentium, emendetur. In loco natali ad praecavendum rancorem nonnunquam etiam oleo sal marinus admiscetur, qui propter agitationem crebram & fortem in itinere fundum petere nequit, sed cum eo mixtus manet, atque saporem salinum producit. Adulteratio cum lithargyrio aut aliis plumbi praeparatis detegitur, si, insillato liquore vini probatorio, oleum colorem brunum seu nigrescentem induit: altera vero, cum admistis oleis heterogeneis vilioribus, dignoscitur ex congelatione seriori, bullis parvis aëreis sub agitatione exortis & flamma impura foetente. Advehitur oleum olivarum ex Italia, Hispania & Gallia, atque ad usum medicum purum, cujus proprietates supra explicavimus, eligendum, impurum vero, profunde flavum, viridescens, opacum, turbidum, odoris alieni, mali sive pisciui ac saporis rancidi, acris rejiciendum est.

süßlichten, nicht unangenehmen und fetten Geschmack haben. Wenn es der Luft ausgesetzt wird, so darf es nicht verrecknen; läßt man es in der Kälte, so muß es bey einer Temperatur von vierzig Grad Fahr. in eine dichtere taigähnliche Masse übergehen, in deren Mitte jedoch etwas klares, flüssiges, nicht gerinnbares Oehl zurückbleiben soll; und endlich muß es mit einer hellen Flamme verbrennen, ohne einen starken Rauch oder einen übeln Geruch von sich zu geben. Alles Oehl, welches von unreifen, oder schon im Fäulniß übergehenden Früchten, oder durch die stärkste Gewalt der Presse gewonnen, und auch selbst das gute Oehl, wenn es durch längere Zeit aufbehalten wird, wird ranzig und trübe; dieses ranzige Oehl suchen nun betrügerische Kaufleute mit anderen Oehlen als z. B. Leinöhl, Rübohl, Mohnöhl, oder wohl gar mit Blei zu verfälschen, damit sowohl die Farbe als auch der Geschmack, jedoch zum Nachtheil der Genießenden, aufs neue verbessert werde. In dem Vaterlande des Baumöhl wird bisweilen um dem Ranzigwerden desselben vorzubeugen Meersalz beygemischt, das aber wegen dem häufigen und starken Schütteln nicht zu Boden fällt, sondern mit ihm vermengt bleibt, und einen salzigen Geschmack verursacht. Die Verfälschung mit Silberglätte oder anderen Blei-Präparaten entdeckt man, wenn das Oehl, nachdem zuvor etwas von der sogenannten Weinprobe hineingetröpft worden ist, eine braune, oder auch schwärzliche Farbe annimmt; die andere Verfälschung mit beygemischten fremdartigen schlechteren Oehlen erkennet man aus der später erfolgenden Verdickung, aus den kleinen Luftbläschen, die während dem Schütteln entstehen, und aus der unreinen stinkenden Flamme bey dem Verbrennen. Das Olivenöhl kömmt aus Italien, Spanien und Frankreich zugeführt, und zum Arzneygebrauche wird nur das reine,

Gaudet viribus emollientibus, relaxantibus, acrimoniam compescentibus & leniter diaphoreticis.

Interne oleum olivarum ob saporem nauseosum, cum recens ac sapidum, quod in olearum patria ab incolis ad parandos cibos in locum butyri adhibetur, in nostris regionibus a mercatoribus vix haberi potest, raro in arte medica usurpatur. Commendatur contra obstructions, arthritidem vagam, colicam pictonum, passionem iliacam, pectoris affectiones atque pleuritidem. Frequentissime adhibemus oleum ut antidotum commune, si venena acria corrodentia ingesta fuerint; & Comes a Berchtold affirmat optimum id esse remedium interne & externe applicatum ad præcavendam & sanandam pestem. Dosis non anxia querenda, sed propinatur ad uncias; & tantummodo attendendum, ne vomitus non necessarius sequatur.

Ufus olei externus interno multum frequentior est. Illiniatur abdomini in ascite ac obstructionibus, vulneribus a morfu animalium rabidorum, præsertim viperarum & aliis corporis humani partibus rigiditate, spasmis, rheumatismo aut inflammatione vexatis. Cataplasmata atque clysmata emollientia sæpe etiam cum oleo parantur ad augendam vim emollientem.

dessen Kennzeichen wir oben auseinandergesetzt haben, ausgewählt; das unreine, dunkelgelbe, grünlichte, undurchsichtige, trübe aber, das einen übeln, fremdartigen, thranichten Geruch, und einen ranzigen, scharfen Geschmack hat, verworfen.

Es besitzt erweichende, schlaffmachende, die Schärfe mildernde und gelinde schweißtreibende Heilkräfte.

Innerlich wird das Olivenöhl wegen seinem eckelhaften Geschmack in der Arzneykunst selten gebraucht, weil wir in unsern Ländern von den Kaufleuten fast gar kein so frisches und wohlschmeckendes bekommen, wie es in dem Vaterlande der Dehlbäume von den Einwohnern anstatt der Butter zur Bereitung der Speisen verwendet wird. Man rühmt es wider Verstopfungen, das Gliederreißen, in der Mahlerkolik, der Darmgicht, bey Brustkrankheiten und im Seitenstich. Am öftesten gebrauchen wir das Baumöhl als ein gewöhnliches Gegengift, wenn scharfe, fressende Gifte verschluckt worden sind; und Graf von Berchtold behauptet, daß es, innerlich und äußerlich angewendet, das beste Arzneymittel sey, um der Pest vorzubeugen, oder dieselbe zu heilen. In Rücksicht der Gabe darf man nicht so genau seyn, sondern man giebt es ungenüßlich; und hat nur darauf zu sehen, daß kein unnöthiges Erbrechen von seinem Gebrauche erfolge.

Der äußerliche Gebrauch des Dehls ist weit gewöhnlicher als der innerliche. Man salbet damit den Bauch bey der Wassersucht und Verstopfungen; man reibt es in die Wunden vom Bisse wüthender Thiere, hauptsächlich der Vipern; und man bestreicht damit auch andere Glieder des menschlichen Körpers, wenn sie steif, oder mit Krämpfen, rheumatischen Schmerzen und Entzündungen behaftet sind. Man pflegt auch öfters erweichende Breiumschläge und Clystere mit Baumöhl

Tab. CXLII.

OLIBANUM. *Officin.*Juniperus Lycia. *Botanic.*

Thus, Tus, Libanus, Libanoton, Gummi Olibani. Gallis, de l'Encens. Anglis, Frankincense.

Classis XXII. Diœcia. Ordo XIII. Monadelphia.

Genus. Masc. Amenti calyx squamæ. Corolla nulla, Stamina tria.

Fœm. Calyx tripartitus. Petala tria. Styli tres. Bacca trisperma, tribus tuberculis calycis inæqualibus.

Species. Juniperus foliis ternis, undique imbricatis, ovatis obtusis.

Patria hujus arboris Gallia, Sibiria, Hispania, & Arabia.

In pharmaciis habetur resina.

Nondum pro certo exploratum est, an Juniperus Lycia, an Juniperus thurifera, aut Phœnicea Olibanum nobis largiantur. Colligitur hic succus gummoso-resinosus, e cortice vulnerato exsudans, bis quotannis, mense Majo nempe ac Junio, & advehitur ex Arabia atque Aethiopia per Meccam & Cairum. Constat e granis sive guttis condensatis haud exiguis, quæ magnitudinem atque figuram variam habent, sæpe invicem coherent, semipellucida, sicca, fragilia sunt, extrinsecus colorem ex albo flavescens, vel parum rubicundum, odorem dulcem, resinofum, valde gratum, ac saporem balsamicum, amarum,

zu bereiten, um ihre erweichende Kraft zu verstärken.

142. Tafel.

Weyhrauch.

Arabischer oder ächter Weyhrauch. Franz. de l'Encens. Engl. Frankincense.

22. Klasse. Ganzgetrennte. 13. Ordnung. Einbrüdrige.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch des Kästchens Schuppen. Blumenkrone keine. Staubgefäße drey.


Weibliche Blume. Der Kelch dreymahl getheilt. Blumenblätter drey. Griffeln drey. Die Beere dreysaamig mit drey ungleichen Hügelchen des Kelches,

Art. Wachholder mit zu dreyen stehenden, von allen Seiten dachziegelförmig übereinander gelegten, eyrunden, stumpfen Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist Frankreich, Sibirien, Spanien und Arabien.

In den Apotheken hat man das Harz.

Es ist noch nicht mit Gewißheit bestimmt, ob der Lycische, oder der weyhrauchtragende, oder der Phœnicische Wachholderstrauch uns den Weyhrauch liefern. Dieser gummitz-harzige Saft, der aus der verwundeten Rinde ausschwisget, wird jährlich zweymahl in den Monaten May und Junius eingesammelt, und aus Arabien Aethiopien über Mecca und Alcair in unsere Länder eingeführt. Er besteht aus verdickten, nicht unansehnlichen Körnern oder Tropfen, welche eine unterschiedliche Größe und Form haben, oft an einander ankleben, halbdurchscheinend, trocken, zerbrechlich sind, von aussen eine aus dem Weißen ins Gelbe spielende, oder etwas röthliche Farbe, einen süßen harzigen, sehr angenehmen Geruch, und einen balsami-



OLIBANUM. officin.
Juniperus lycia. Botanic.
Weyrauch.

subacrem referunt. In vini alcohole maxima ex parte solvitur; cum aqua tritum format mixturam lactescentem, quæ partes gummosas solutas continet; sub masticatione mollescit & dentibus adhæret; flagrat flamma lucida atque odore gratissimo. Ad usum pharmaceuticum eligantur grana sicca, albida, pura, parum flavescentia, fragilia; rejiciantur econtra obscura, rufa, ramentis corticosis, arena & aliis sordibus mixta. Adulteratur nonnunquam vel cum resina pini vel laricis, quæ depravatio colore profundiore flavo & fusco variegato, sapore amariore, ingrato, aut, si comburitur, odore terebinthinaceo dignoscitur.

Possidet vires stimulantés, roborantes ac balsamicas.

Lignum quassiae officinale vel a trunco, vel a ramis vel, ut alii volunt, a radicibus desumitur. Apud magnarios nostros obviam venit in frustis subcylindricis diversæ mox brachii mox digiti magnitudinis & crassitiei; est solidum, leve, non admodum durum, sed potius molle, subalbidum, aut pallide flavescens; vestitur cortice tenui, aspero, rugoso, facile separando & friabili, qui extus colorem ex albo cinereum, maculis nigrescentibus notatum, intus albicantem habet. Odor nullus, sapor valde amarus, non ingratus, amygdalis amaris similis. Ad usum pharmaceuticum eligenda sunt frusta majora, coloris albicantis atque cortice non spoliata; rejicienda e contra segmenta tenuia, ma-

Das Quassien = Holz, wie es in den Apotheken vorkommt, wird entweder von dem Stamme, den Aesten, oder, wie einige wollen, von den Wurzeln genommen. Bey unsern Materkalisten findet man es in walzenförmigen Stücken von verschiedener Größe und Dicke, bald wie einen Manns = Arm, bald nur wie einen Finger; es ist dicht, leicht am Gewichte, nicht vorzüglich hart, sondern vielmehr weich, von weißlicher oder blaß = gelber Farbe; es wird von einer dünnen, rauhen, runzeltigen, leicht trennbaren und zerbrechlichen Rinde bekleidet, welche von aussen eine weißlich = aschgrau, mit schwärzlichen Flecken versehene und von innen eine weiße Farbe hat. Es ist ganggeruchlos, hat aber einen sehr bitteren, doch nicht unangenehmen Geschmack, welcher den bitteren Mandeln ähnlich ist. Zum pharma-

culis fuscis, cinereis, brunis, cœruleis vel atris obfusa. Nonnulli lignum trunci ligno ramorum magis æstimant; sed radicem optimum censetur, quod vero in America solummodo obtineri potest. Subinde ligno rhois metopii L. adulteratum occurrit, cujus vero cortex glaber fortiter ligno adhæret, & hinc vel illinc maculis resinosis nigris variegatus apparet; lignumque ab aliquot guttulis solutionis vitrioli martis nigrescit, quia magnam principii adstringentis partem in se continet, quod quassiæ ligno plane deficit. His notis utrumque lignum facile discernitur. — Extractum quassiæ, eligni rasura lege artis paratum, habet extus colorem canum, intus ex rubro brunum, odorem & saporem quodammodo aloëticum, super brunis leviter detonet, & odorem spargat minime aloëticum. Mox crystallas exhibet, & tunc colorem priorem mutat in viridescentem. Rasuræ ligni libra præbet plerumque extracti uncias duas.

Gaudet viribus roborantibus, stomachicis;

Innotuit quassiæ lignum anno 1756, vel, prout alii volunt, 1760 in Europa per Suecum Dahlberg, quem Africanus quidam mancipium, Quissi

centischen Gebrauche muß man die grösseren Stücke, die eine weisse Farbe haben, und ihrer Rinde nicht beraubt sind, auswählen; hingegen die dünnen Späne, welche fahle, aschfarbe, braune, blaue oder schwarze Flecken haben, sind als unbrauchbar zu verwerfen. Einige geben auch dem Holze des Stammes vor dem Holze der Aeste den Vorzug, aber das von den Wurzeln ist das beste, was man jedoch nur in Amerika selbst erhalten kann. Bisweilen findet man das Quassien-Holz mit dem Holze des Corallen-Sumachs (Rhus Metopium L.) verfälscht; allein die Rinde des letzteren ist glatt, hängt mit dem Holze fest zusammen, und hat an verschiedenen Stellen harzige, schwarz-gesprenkelte Flecken. Das Holz selbst aber, wenn es mit einigen Tropfen einer Auflösung des Eisen-Vitriols besprenget wird, erhält eine schwarze Farbe, weil es einen grossen Theil von Gerbe-Stoff in sich enthält, den man doch in dem Quassien-Holze gänzlich vermisst. Durch diese Kennzeichen lassen sich beyde Holzarten sehr leicht von einander unterscheiden. — Das Quassien-Extrakt, das von dem geraspelten Holze bereitet wird, hat von aussen eine graue, von innen eine roth-braune Farbe, und einen der Aloe ähnlichen Geruch und Geschmack; wenn es auf glühende Kohlen gestreut wird, so muß es ganz leicht verpuffen, und darf aber keinen Aloe-Geruch verbreiten. Bisweilen bildet es Crystallen, und dann verändert es ihre vorige Farbe in eine grünliche. Ein Pfund Holz-Späne giebt gewöhnlich zwey Unzen Extrakt.

Es besitzt stärkende und dem Magen zuträgliche Arzneykräfte.

Das Quassien-Holz wurde in Europa erst um das Jahr 1756, oder, wie andere wollen, 1760, durch einen Schweden, Dahlberg, bekannt, welchen ein gewisser Negers-Sklave,

nominatus; ejus vires & usum edocuit,
 a quo Africano & quassia nomen tra-
 xit; sed quænam arbor lignum hoc
 amarum præbeat, nondum pro certo
 exploratum habemus, cum ab aliis bo-
 tanicis, piteraniam excelsum vel
 amarum non quassiam amarum
 id proferre, censetur. Sed nobis satis
 sit scire, lignum quassiae sistere me-
 dicamentum intense amarum, quod fan-
 guinis motum stimulando non auget,
 nec corpus calefacit, nec evacuationem
 alvinam promovet, nec ventriculum
 onerat. Hinc in organorum digestionem
 absolventium debilitate, intestinorum
 laxitate, ventriculi doloribus ab acido
 illico hærente, contra diarrhoeam habi-
 tualem, colicam, fluxum album, mor-
 bum arthriticum atque sudores colliqua-
 tivos optime cum successu ordinari so-
 let. Etiam hominibus hystericis vel hy-
 pochondriacis & vitam sedentariam agen-
 tibus opitulatur. A nonnullis medicis
 contra febres intermittentes in corticis
 peruviani locum substituebatur; secun-
 dum experientiam vero in utroque re-
 medio vires non eadem reperiebantur:
 at Lettsom tamen affirmat, biboni-
 bus, qui chinam perferre nequeunt, in-
 fervire. Præscribunt medici quassiae
 ligni rasuram nunquam sub pulve-
 ris forma, sed in infuso aut decocto,
 quod vel aqua vel vino, præfer-
 tim rubro, parari potest; uncia rasi-
 ræ dimidia ad liquidum libram sufficit.
 Nonnulli quoque solum ligni quassiae
 corticem ad medicamentorum
 formulas suscipiunt, quin tamen singu-
 lari virtute ligno excellat. Extra-
 ctum aquosum a granis quindecim
 ad scrupulum in pilulari forma ordi-
 natur.

mit Namen Quissi, über die Eigenschaften
 und den Gebrauch desselben belehrte. Von
 diesem Neger hat auch die Quassie ihren
 Namen erhalten; was aber eigentlich für eine
 Baumgattung uns dieses bittere Holz liefere,
 ist noch nicht für gewiß ans gemacht, indem
 noch andere Botaniker dafür halten, daß es
 von der hohen oder bitteren Piterania
 (Piterania excelsa, Piterania ama-
 ra) und nicht von der bitteren Quassie
 (Quassia amara L.) herkomme. Indessen
 mag es uns genug seyn, wenn wir wissen,
 daß das Quassien-Holz ein sehr bitteres
 Arzneymittel ist, welches weder durch einen
 hervorgebrachten Reiz den Umlauf des Blutes
 vermehrt, noch den Körper erhitet, weder die
 Ausleerungen des Darm-Kanals befördert,
 noch den Magen beschwert; sondern bey einer
 Schwäche der Verdauungs- Werkzeuge, Schlaf-
 heit der Eingeweide, in Magen- Schmerzen,
 welche von einer darin verborgenen Säure
 herrühren, in der Kolik, wider den habituellen
 Durchfall, den weissen Fluß, die arthritische
 Krankheit, und kolliquative Schweisse mit dem
 besten Erfolg verordnet zu werden pflegt. Auch
 Menschen, welche mit dem hystericen Uebel
 oder der Melancholie geplagt sind, und eine
 sitzende Lebensart führen, wird es vielen Nu-
 tzen verschaffen. Von einigen Aerzten wurde
 es sogar bey intermittirenden Fiebern als ein
 Surrogat der peruanischen Rinde gebraucht;
 allein die Erfahrung zeigte, daß die Arzney-
 kräfte dieser beyden Mittel keinesweges gleich
 sind: Lettsom behauptet aber doch, daß
 sie bey großen Trinkern, welche die China
 nicht vertragen können, mit Vortheil ange-
 wendet werden würde. Das geraspelt-
 Quassienholz wird von den Aerzten nie-
 mals in Pulver-Form verordnet, sondern ent-
 weder in einem Aufgusse oder in einem De-
 cokte, das mit Wasser oder Wein, vorzüglich
 rothem, bereitet werden kann; eine halbe Unze

Tab. CLXII.

QUERCUS. *Officin.*Quercus Robur. *Botanic.*

Quercus vulgaris; Quercus foemina; Quercus latifolia; Quercus pediculis longis; Arbor Jovis; Lignum Guajacum Germanorum. Gallis, Chêne. Anglis, Oak-tree.

Classis XXI. Monœcia. Ordo VIII. Polyandria.

Genus. Masc. Calyx quinquefidus fere. Corolla nulla. Stamina quinque ad decem.

Fœm. Calyx monophyllus, integerrimus, scaber. Corolla nulla. Styli duo ad quinque. Semen unicum ovatum.

Species. Quercus foliis deciduis, oblongis, superne latioribus: sinibus acutioribus, angulis obtusis.

Invenitur hæc arbor per omnem Europæ partem in silvis spontanea. Floret Majo.

In officinis servantur cortex, folia atque glandes.

Cortex quercus bifariam monstrat structuram; in ramis junioribus glaber est, hinc inde lichene albo obfusus, extus coloris cinerei, intus, si

Holzspäne werden für ein Pfund Flüssigkeit hinreichend. Einige haben auch die Gewohnheit, daß sie die Rinde des Quastien-Holzes für sich allein in ihre Arznei-Formeln aufnehmen, obschon sie doch vor dem Holze wegen besonderen Heilkräften weiter keinen Vorzug verdienen. Das mit Wasser bereitete Extrakt wird, von fünfzehn Gran bis zu einem Skrupel, in Pillen-Form verordnet.

162. Tafel.

Eiche.

Gemeine Eiche; Sommer-Eiche; August-Eiche; Haseln-Eiche; Stiel-Eiche; Eoh-Eiche; Wald-Eiche; frühe Eiche; Rotheiche; Heister. Franz. Chêne. Engl. Oak-tree.

21. Klasse Halbgetrennte. 8. Ordnung. Vielmannige.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch fast fünfspaltig. Blumenkrone keine. Staubgefäße fünf bis zehn.

Weibliche Blume. Der Kelch einblättrig, vollkommen ganz, raub. Blumenkrone keine. Griffeln zwey bis fünf. Saamen einer, eiförmig.

Art. Eiche mit länglichen, oben breiteren, abfallenden Blättern; mehr zugespitzten Vertiefungen, und abgestumpften Winkeln.

Man findet diesen Baum in ganz Europa als wildwachsend in den Wäldern. Er blühet im May.

In den Apotheken werden die Rinde, die Blätter, und die Eicheln aufbewahrt.

Die Eichen-Rinde hat eine zweyfache Art von Struktur; an den jüngeren Zweigen ist sie glatt, hin und wieder mit einer weissen Flechte bedeckt, auswendig von asch-



QUERCUS. off.
Quercus Robur. Bot.
Die Eiche.

modo deglubitur, albi, aëri vero libero expositus vel humectatus, rubescit aut rufescit. Ramorum adultorum & trunci cortex scaber est, rimis sulcisque compluribus exstructus, ubique fere lichene albo obductus atque coloris profunde bruni. Sapor in utroque parum aromaticus, amarus, valdeque adstringens. — Folia petiolis instructa, glabra habent formam jam supra in characteris botanici explanatione descriptam, colorem læte viridem, odorem nullum, saporis austri, constringentem. Decerpantur vere, simul ac progeminant. — Fructus quercus, vulgo glandes, nubes quernæ vel glandulæ quercinæ, olongo-ovati, glabri, in basi obtusa scabri, cortice coriaceo ex flavo læte fusco vestiti continent nucleum arillo rufescente tectum, ovatum, intus coloris albi, saporis valde amari & austri. Glandis basis hæret in caliculo extus aspero, intus glabro coloris pallidioris, petiolo instructo, quo plures, tres plerumque glandes invicem cohærent, saporis magis adstringentis & austri quam ceteræ quercus partes. Fructus ab his caliculis liberati servantur.

grauer, inwendig, wenn sie eben abgeschält wurde, von weißer Farbe, wenn sie aber schon eine Zeit lang der freyen Luft ausgesetzt, oder etwas angefeuchtet wurde, so wird sie nach und nach roth oder braun. Die Rinde der alten Aeste und des Stammes ist rauh, mit sehr vielen Rissen und Furchen versehen, beynah überall ganz mit einer Art weißer Flechte überzogen, und von dunkelbrauner Farbe. Der Geschmack ist bey beyden etwas weniges würzhast, bitter, und sehr zusammenziehend. — Die Blätter sind mit Stielen versehen, ganz glatt; sie besitzen die Form, welche wir schon zuvor bey der Erklärung des botanischen Characters beschrieben haben, eine angenehm grüne Farbe, keinen Geruch, und einen herben, zusammenziehenden Geschmack. Sie müssen im Frühlinge, gleich wenn sie hervorsprossen, abgepflückt werden. — Die Früchte der Eiche, die inögemeln Eicheln, Eichen-Nüsse genannt werden, sind länglich-cyrund, glatt, an ihrer abgestumpften Grundfläche aber rauh, und mit einer lederartigen Schale, die eine aus dem Selben in das Licht-braun spielende Farbe hat. Sie enthalten einen eysförmigen Kern, welcher mit einem roth-braunen Saamen-Häutchen bedeckt ist, von innen aber eine weiße Farbe und einen sehr bitteren, herben Geschmack hat. Der untere Theil der Eichel steckt in einem Kelche, welcher auswendig rauh, inwendig glatt, von hekerer Farbe und mit einem Stiele versehen ist, vermittelst welchem mehrere, meistens aber drey Eicheln unter einander verbunden sind. Sie haben einen viel mehr zusammenziehenden und herberen Geschmack als alle übrigen Theile des Eichbaumes. Die Früchte, wenn sie zuvor aus diesen Kelchen herausgenommen sind, werden in den Apotheken aufbewahrt. Alle Theile der Eiche besitzen stärkende und zusammenziehende Arzneykräfte.


Omnes quercus partes possident vim roborantem atque adstringentem.

Ad usum medicum internum admodum raro recipiuntur; interim tamen vel corticis vel foliorum & glandium decoctum, scopo adstringente, in diarrhœa, dysenteria, mictu cruento &c. adhiberi potest. Præcipue veraglandes in pulverem redactæ nonnulli medici contra intestinorum laxitatem commendant; & cortex ab aliis in febribus intermittentibus chinæ in locum substituitur. Maximopere glandes decorticatæ, conseissæ ac tostæ in modum saba-rum coffeæ arabicæ solent usurpari; decoquuntur nempe, atque decoctum limpidum, cum lacte commixtum, instar potus arabici consumitur. Hac præparatione glandes vim suam adstringentem fere amittunt, sed ob oleum empyreumaticum tostione exortum potius stimulant, resolventes & roborantes evadunt. Hujusmodi potus infantibus præcipue cachexia, dyspepsia, glandularum ac viscerum obstructionibus, rachitide, atrophia, diarrhœa, febre lenta atque variis eruptionibus cutaneis laborantibus commendatur.

Externe adhibemus corticis quercus, foliorum & glandium decoctum saturatum, id est ex uncia partium nunc enumeratarum & aquæ libra paratum, ad gargarismata, injectiones, fomentationes ac balnea roborantia, antiseptica & adstringentia contra varios corporis humani profluvios, faucium, gingivarum & uvulæ laxitatem, anginam ulcerosam; ad compescendas excrecentias fungosas, emendanda ulcera sordida, inveterata,

Zum innerlichen Arzneey gebrauch werden sie sehr selten verwendet; indessen kann das Dekokt sowohl der Rinde, der Blätter, als auch der Eicheln als ein zusammenziehendes Arzneymittel bey dem Durchfalle, der Ruhr, im Blutharnen u. s. w. ebenfalls auch gebraucht werden. Einige Aerzte empfehlen aber die Eicheln, zu einem Pulver zerstoßen, vorzüglich wider die Schloffheit der Gedärme; und von andern wird die Rinde sogar anstatt der China bey intermittirenden Fiebern als ein Surrogat angerühmt. Am häufigsten werden die Eicheln, nachdem sie zuvor von ihrer Schale gereinigt, zerschritten und geröstet wurden, gleich den Kaffeh-Bohnen benutzt; sie pflegen nehmlich abgesotten zu werden, und der durchgesehene Absud wird dann, mit Milch vermischt, gleich dem gewöhnlichen Kaffeh-Getränke genommen. Durch diese Art der Zubereitung verlieren die Eicheln ihre zusammenziehende Kraft beynabe gänzlich; dafür werden sie aber, wegen dem empyreumatischen Oehle, das durch das Rösten entstanden ist, reizend, auflösend und stärkend. Dieses Getränk empfiehlt man vorzüglich den Kindern, welche an einer Cachexie, an Schwäche der Verdauung, Verstopfungen der Drüsen und Eingeweide, an der englischen Krankheit, der Verzehrung, dem Durchfalle, an einem schlechenden Fieber leiden, oder mit verschiedenen Haut-Ausschlägen behaftet sind.

Außerlich gebrauchen wir den gesättigten Absud der Rinde, der Blätter der Eiche und der Eicheln selbst zu stärkenden, der Fäulniß widerstehenden und zusammenziehenden Sur-gelwassern, Einspritzungen, Bähungen und Bädern gegen verschiedene widernatürliche Ausflüsse aus dem menschlichen Körper, wider Schloffheit des Zäp-hens, der übrigen Theile der Rachenhöhle und des Zahnfleisches, bey der brandigen Hals-Entzündung, um schwammichte Auswüchse zu verhindern, oder in



RHEUM. off.
Rheum palmatum. Bot.
Die Rhabarber.

gangrænosa, in ossium carie & ad lanandas infantum hernias inquinales.

Tab. CLXIII.

RHEUM. *Officin.*

Rheum palmatum. *Botanic.*

Rhabarbarum; Rhabarbarum verum; Rhabarbarum Sinense vel Tartaricum; Rheum Moscoviticum; Lapathum maximum; Rheum orientale; Rhaponticum Veterum Gallis, Rubarbe. Anglis, Rubarb. Classis IX, Enneandria, Ordo II, Trigynia.

Genus. Calyx nullus. Corolla sexfida, persistens. Semen unicum, triquetrum.

Species. Rheum foliis palmatis acuminatis.

Patria hujus plantæ regiones Asiæ orientales, præsertim Sina, Tartaria Mongolica & Regnum Tibetanum; etiam in nonnullis Europæ regionibus, quæ infra indicabuntur, copiosissime colitur. Floret Majo & Junio radice perenni.

In officinis prostant radix, tinctura aquosa & extractum.

Utrum rheum undulatum L. vel rheum palmatum L. vel rheum compactum L. vel rheum hybridum L. radicem largiatur, quæ nostris in officinis sub rhabarbari nomine occurrit, vel utrum ex pluribus aut omnibus nunc nominatis speciebus simul desumatnr, nondum satis exploratum

Schranken zu halten, um alte, unreine und brandige Geschwülre zu verbessern, wider den Beinfräß, und um die Leisten = Brüche der Kinder vollkommen zu heilen. Man bereitet ihn von einer Unze der erstgenannten Theile und einem Pfunde Wasser.

163. Tafel.

Rhabarber.

Wahre Rhabarber; Russische Rhabarber. Franz. Rubarbe. Engl. Rubarb.

19. Klasse. Neunmännige, 2. Ordnung, Dreyweibige.

Gattung. Kelch keiner. Die Blumenkrone sechs-spaltig, bleibend. Saamen einer, dreysseitig.

Art. Rhabarber mit handförmigen zugespitzten Blättern.

Das Vaterland dieser Pflanze sind die östlichen Gegenden Asiens, vorzüglich China, die Mongolische Tartarey, und das Königreich Tibet; auch wird sie in einigen Gegenden von Europa, welche weiter unten werden angeführt werden, sehr häufig gebaut. Sie blüht im May und Junius; und ist ausdauernd.

In den Apotheken hat man die Wurzel, die wässerige Tinctur und das Extract zum Verkauf.

Ob die wellenförmige (Rheum undulatum L.), oder die handförmige (R. palmatum L.), oder die dicke (R. compactum L.), oder die unächte Rhabarber = Pflanze (R. hybridum L.) die Wurzel liefere, welche in unsern Apotheken unter dem Namen Rhabarber vorkommt, oder ob sie von mehreren, vielleicht auch von

habemus. Interim ultima opinio verisimillima omnino videtur, quia variae radices rhei species, quae in mercatura distinguuntur, colore, forma simul ac structura tantopere variant. Primum nunc signa characteristica omnibus rhei speciebus communia, dein vero cuius specie propria adducam. — Omne rheim in pharmacopoliis proflans, radix est decorticata, solida, compagis spongiosae, levis, extus obscure flavi vel ex albo lutei, vel ex viridi lutei, intus aurantii coloris, rubris & albis maculis striisque variegati, odoris peculiaris, quodammodo aromatici, saporis amari, subacris, subadstringentis & ingrati. Continet partes volatiles, infectivas, redolentes, adstringentes, acido-saccharinas, mucilaginosas ac resinosas, quae vel aqua vel spiritu vini educi possunt; & sic paratur tinctura rhei aquosa aut spirituosae coloris profunde crocei, odoris & saporis rhabarbarini. — A mercatoribus vero tres praecipue rhabarbari species, quarum differentia vel ex varia praeparationis methodo, vel ex plantarum, a quibus desumuntur, diversitate, vel ex aliis circumstantiis pendere videtur, distinguuntur; nempe:

allen erstgenannten Arten überhaupt zugleich gewonnen werde, ist bis jetzt noch nicht für gewiß ausgemacht. Indessen scheint die letzte Vermuthung allerdings die wahrscheinlichste unter allen zu seyn, weil die mancherley Arten der Rhabarber-Wurzel, welche man im Handel zu unterscheiden pflegt, an Farbe, Gestalt und selbst auch in der Struktur so sehr von einander abweichen. Wir wollen jetzt zuerst die charakteristischen Zeichen, welche allen Arten der Rhabarber gemeinschaftlich zukommen, und dann aber die, welche einer jeden einzelnen Art besonders eigen sind, abhandeln. — Alle Rhabarber, wie sie in den Apotheken vorkommt, ist eine Wurzel, welche von ihrer äusseren Rinde gereinigt, fest, leicht am Gewicht ist; ein schwammiges Gewebe, von aussen eine dunkel-gelbe, weiß-gelbe oder grünlich-gelbe, von innen eine pomeranzen-gelbe Farbe hat, welche mit rothen und weissen Flecken oder Streifen abwechselt. Sie hat einen ihr eigenthümlich zukommenden, etwas würzhaften Geruch, und einen bitteren, fast scharfen, etwas zusammenziehenden, unangenehmen Geschmack. Sie enthält flüchtige, färbende, rüchende, zusammenziehende, zucker-saure, schleimige und harzige Bestandtheile, welche theils mit Wasser, theils mit Weingeist ausgezogen werden können; und auf diese Art wird auch sowohl die wässerige als die spirituose Rhabarber-Tinctur bereitet, welche eine dunkle, saffran-gelbe Farbe und den Geruch und Geschmack der Rhabarber an sich hat. — Von den Kaufleuten werden aber vorzüglich dreyerley Arten Rhabarber-Wurzel unterschieden, deren Unterscheidungs-Zeichen entweder von der verschiedenen Methode sie zuzubereiten, oder selbst von der Verschiedenheit der Pflanzen, von welchen sie gewonnen werden, oder auch von andern Umständen herzukommen scheinen. Sie sind folgende:

Rheum Hollandicum, quod itinere maritimo ex China & aliis Indiæ orientalis provinciis a Belgis advehitur, & mox **Rhabarbarum Sinicum**, **Chinense** vel **Indicum** salutatur. In frustis præsto est longioribus, subteretibus, durioribus, compactioribus & gravioribus, cum lateribus duobus planis, forsan ex compressione vehementi exortis, coloris e bruno flavi, & foraminibus parvis, quæ vix calamus scriptorium transmittunt, instructis. Et hæc species rhei iterum plures vel melioris, vel vilioris notæ varietates tenet.

Rhabarbarum Russicum, quod vel a Tartaris Calmuchis in Sibiriam & Russiam, vel a mercatoribus Bucharicis itinere terrestri in Turciam advehitur, & deinde per Russos & Turcas in cæteras Europæ regiones exportatur, unde nomen **Rhei Sibirici**, **Moscovitici** atque **Turcici** obtinuit. Russia præsertim hujus radicis emtionem ac venditionem ut jus peculiare sibi vindicavit. **Rheum** optimæ notæ est **Russicum** & **Turcicum** itinere terrestri advectum, ergo nec humido maris attracto, nec vaporibus mercimoniorum aliorum adjacentium depravatum, & præcipue, quia in regno Russico censuris binis, auctoritate publica institutis, subjicitur, quæ radices omnes vitiosas ac corruptas secernunt delentque. **Rhabarbarum Russicum** habetur in frustis bene siccatis, fragilibus ac friabilibus ex cultro applicato multangularibus, oblongis, subteretibus, palmam latis, pollices duos vel infra crassis; vel etiam prostat in frustis subplanis, latio-

Die **Holländische Rhabarber**, welche von den Holländern aus China und anderen Provinzen des östlichen Indiens über Meer eingeführt, und bald **Sinesische**, **Chinesische** oder **Indische Rhabarber** (**Rheum** vel **Rhabarbarum Sinesense**, **Chinense**, sive **Indicum**) genannt wird. Man findet sie in mehr langen, beynabe abgerundeten, härteren, dichteren und schwereren Stücken, welche von beyden Seiten flach, was vermuthlich von sehr heftigem Zusammenpressen herzukommen scheint, und mit kleinen Löchern, die kaum eine Feder=Spule durchlassen können, versehen sind, und eine braun=gelbe Farbe haben. Aber selbst diese Art **Rhabarber** hat wieder mehrere Sorten unter sich, welche bald mehr bald weniger gut und brauchbar sind.

Die **Russische Rhabarber** ist jene, welche entweder von den Kalmukischen Tartarn nach Siberien und Rußland, oder von den Kaufleuten aus der Bucharey zu Land nach der Türkey gebracht, und hernach von hier aus, durch die Russen und Türken, in die übrigen Gegenden von Europa ausgeführt wird; sie heißt daher bald **Sibirische**, bald **Moskowitzische**, bald auch **Türkische Rhabarber** (**Rheum** sive **Rhabarbarum Sibiricum**, **Moscoviticum** vel **Turcicum**). Vorzüglich aber hat sich Rußland den Kauf und Verkauf dieser Wurzel, gleichsam als ein eigenthümliches Recht zugeeignet. Die **Russische** sowohl als die **Türkische Rhabarber**, wenn sie zu Land verführt wird, ist die beste von allen, indem sie weder von dem Meer=Wasser eine Feuchtigkeit in sich gesogen hat, noch von den Ausbünstungen anderer darneben liegender Kaufmanns=Waaren verdorben ist; hauptsächlich aber darum, weil sie in dem Russischen Reiche einer zweyfachen Untersuchung unterworfen werden muß, welche auf Befehl der Obrigkeit vorgenommen wird, und wobey alle Arten von schlechter

ribus, unguæ equinæ similibus. Utraque species foraminibus magnis perforata est, quæ forsan censuræ Russicæ reliquæ esse videntur. — Rheum, quod a magnariis Turcici nomine salutatur, Russico nunc descripto simillimum est, solis exceptis foraminibus, quæ Turcico plane desunt.

Rheum Europæum vel indigenum occurrit in frustis communiter minoribus, transversim sectis, quæ colorem habent ex viridi luteum, odorem & saporem quidem rhabarbarinum, sed amariorem; nec in masticatione fridorem inter dentes excitant. Jam in diversis Europæ regionibus, ut in Anglia, Scotia, Gallia, Suecia, & etiam in Germania, imprimis in Palatinatu, in Borussia, Ducatu Brunsvicensi & Archiducatu Austriæ plantationes rhei palmati L. haud exiguæ atque bono cum successu cultæ inveniuntur; & experimenta hujus generis minora hinc inde plura quoque numerantur. Ratione bonitatis, examina chemica & medica, his cum rhei indigeni radicibus instituta, easdem proprietates prout in aliis speciebus monstraverunt; tantummodo paulum debiliores.

oder verdorbener Wurzel weggenommen, und vertilgt werden. Die eigentliche Russische Rhabarber besteht aus gut getrockneten, länglichen, etwas runden, einer Hand breiten, zwey Zoll dicken, oder etwas dünneren Stücken, die sich leicht zerbrechen oder zerreiben lassen; und, je nachdem sie zerschnitten wurden, oft eine viel-eckige Form haben. Bisweilen findet man sie wohl auch in etwas flachen und breiteren Stücken, welche dem Hufe eines Pferdes, in Betreff der äusseren Form ähnlich sind. Bey beyden Arten trifft man große Löcher an, welche ganz hindurch gehen, und vielleicht, wie es scheint, noch Spuren der in Rußland mit ihr vorgenommenen Untersuchung seyn können. — Die von den Materialisten sogenannte Türkische Rhabarber ist der erst beschriebenen Russischen sehr ähnlich, die einzigen Löcher ausgenommen, welche bey der Türkischen gänzlich fehlen.

Die Europäische oder einheimische Rhabarber kommt gemeinlich in kleineren, schräg nach der Quere zerschnittenen Stücken vor, welche eine grün-gelbe Farbe, einen der gewöhnlichen Rhabarber zwar eigenthümlichen Geruch und Geschmack, nur daß letzterer mehr bitter ist, haben, und daß die Stücke beym Kaue das gewisse Knistern unter den Zähnen nicht verursachen. Schon in verschiedenen Gegenden von Europa, als z. B. in England, Schottland, Frankreich, Schweden; und auch in Deutschland, vorzüglich in der Pfalz, in Preussen, dem Herzogthume Braunschweig und dem Erzherzogthume Oesterreich findet man nicht unansehnliche Pflanzungen der ächten Rhabarber (*Rheum palmatum* L.), welche mit gutem Erfolge betrieben werden. Kleinere Versuche der Art giebt es hier und da noch mehrere. In Rücksicht der Güte dieser Art Rhabarber, so haben sowohl die sylvischen als auch die medicinisch-praktischen

Interim tamen omnes nunc radicis Rhabarbari enumeratae species ad usum pharmaceuticum solent adhiberi, e quibus vero frusta tantummodo bona non corrupta nec adulterata semper eligi, reliqua autem seponi debent. Rheum censetur bonum, cujus fragmenta sunt solida, sed non lapidea, externe obscure flava in rubicundum vergentia, vel ex albido lutea, vel ex viridi lutea, quae coloris diversitas an solo, an diversitati speciei, an modo licandi tribuenda? nondum constat, & quae digitis fricata colorem dictum nullo modo amittunt; interne omnia frusta sint coloris lutei vel crocei, roseis & albidis punctis, subinde stellulis & striis incurvatis notata, facile in pulverem contundenda pallide luteum, masticata strideant inter dentes, & salivam protinus colore imbuant croceo, nec saporem gignant viscidum sive mucilaginosum; sal tartari liquidum frustulis instillatum colorem priorem mutet in fuscum ruborem; odor & sapor sit supra descriptus. — Contra vero omne rheum coloris insueti v. c. nigricantis, odoris minoris vel alieni, vel plane nullius, cariosum & mucidum, strenue rejiciatur. — Etiam defraudationes variae ad emendandum rhabarbari depravati habitum externum locum habent; sic foramina, a vermium erosionibus facta subinde pulvere rhei implentur; vel ad malam coloris qualitatem occultandam frusta ochra flava aut pulvere rhei boni nunquam illiniuntur, quae fraus facile detegitur atque manu amovetur; quod

Versuche, welche mit ihr vorgenommen worden, die nehmlichen Eigenschaften gezeigt, welche auch die übrigen Arten besitzen; nur in einem etwas geringeren Grade.

Uebrigens pflegen doch alle jetzt aufgezählten Arten Rhabarber-Wurzel zum pharmaceutischen Gebrauche verwendet zu werden, von welchen aber immer nur die guten nicht verdorbenen und unverfälschten Stücke ausgewählt, die übrigen hingegen als unbrauchbar verworfen werden müssen. Eine gute Rhabarber unterscheidet sich, wenn ihre Stücke fest, aber nicht steinhart sind, von außen eine dunkelgelbe ins Röthliche spielende, oder eine weißgelbe, oder auch eine grünlichgelbe Farbe haben. Ob diese Mannigfaltigkeit der Farbe von der Verschiedenheit des Bodens, oder der Art sie zu trocknen und zuzubereiten, oder von dem Unterschiede der Pflanzen-Arten selbst abhängt? ist noch nicht ausgemacht. Diese Farbe darf aber durch das Reiben mit den Fingern nicht abgehen. Von innen sollen alle Stücke schön gelb oder saffranfärbig, mit weißen oder rosenfarbenen Punkten, bisweilen auch mit kleinen Sternen und krummen Linien bezeichnet seyn; sie müssen sich leicht zu einem Pulver von blaßgelber Farbe zerstoßen lassen, bey dem Kauern unter den Zähnen ein Knirschen verursachen, dem Speichel sehr geschwind eine Saffran-Farbe mittheilen, und keinen klebrigen oder schleimigen Geschmack hervorbringen. Giebt man einige Tropfen von flüßigen Weinstein-Salz auf ein Stück dieser Wurzel, so muß es seine vorige Farbe in eine dunkle rothbraune verändern. Geruch und Geschmack soll, wie wir schon oben erinnerten, beschaffen seyn. — Im Gegentheil aber muß alle Rhabarber, welche eine ungewöhnliche, z. B. schwärzliche Farbe, einen schwachen, fremdartigen oder gar keinen Geruch hat, schimmelig oder von Würmern angefreßen ist, als unbrauchbar sorgfältig ausgelesen

si vero hocce illinimentum tragacanthæ mucilagine est confectum, radix hujus fraudis suspecta frangenda & caries ac alia depravatio interne inquirenda. Radices rhapsontici, frustis rhei veri sæpius immixtæ facile per colorem extus profundius brunum, intus ex albo & subluteo atque striis radiolis rubellis ex peripheria ad centrum percurrentibus variegatum, per saporem subviscidum & subdulcem magisque adstringentem, ac per odorem debiliorem discernuntur.

Tenet varias secundum dosis magnitudinem vires; dosi plena stimulantibus & purgantibus, dosi vero parca roborantibus & parum adstringentibus.

Hinc duplicem quoque scopum radiceis rhabarbari usu persequi conamur; adhibetur nempe primum ut remedium purgans in intestinorum debilitate ac laxitate, contra morbos verminosos, do-

werden. — Es giebt auch noch verschiedene Betrügerereyen, welche, um das äußere Ansehen der verdorbenen Rhabarber zu verbessern, angewandt zu werden pflegen. So füllen z. B. betrügerische Kaufleute die Löcher, welche vom Fraße der Würmer entstanden sind, bisweilen wieder mit Rhabarber-Pulver aus, oder sie bestreichen, um die üble Beschaffenheit der Farbe zu verbergen, die Stücke nicht selten mit gelbem Ocher auch wohl mit dem Pulver einer guten Rhabarber; doch diese Art von Betrug läßt sich sehr leicht entdecken, und schon mit der bloßen Hand entfernen. Wird dieser Anstrich hingegen mit einer Auflösung von Tragacanth zubereitet, so muß die Rhabarber-Wurzel, welche den Verdacht eines solchen Betrugs an sich hat, von einander gebrochen, und die Zeichen der Fäulniß oder irgend eines andern Fehlers inwendig aufgesucht werden. Oesters findet man auch unter den Stücken der ächten Rhabarber die Wurzel der Rhapsontik (Rheum Rhapsonticum L.) beygemischt; diese läßt sich aber leicht durch folgende Kennzeichen unterscheiden: sie hat nemlich von außen eine dunkel-braune, von innen eine weiß-gelbliche Farbe, die mit rothen strahlförmigen Streifen, welche von dem äußeren Umkreise nach dem Mittelpunkte zusammenlaufen, bezeichnet ist; einen etwas schleimigen, süßlichen, mehr zusammenziehenden Geschmack, und einen schwächeren Geruch.

Sie besitzt nach dem Verhältnisse der Größe der Gabe auch verschiedene Heilkräfte; in voller Dosis ist sie reizend und purgirend, in kleinen Gaben aber stärkend und etwas zusammenziehend.

Aus dieser Ursache suchen wir auch durch den Gebrauch der Rhabarber-Wurzel einen doppelten Endzweck zu erreichen; zuerst gebraucht man sie nemlich als ein purgirendes Arzney-Mittel bey einer Schwäche und

lores colicos ab acido vel flatibus in tubo intestinali latentibus exortos; & infantibus inprimis, hominibus debilibus, hystericis atque melancholicis conveniet: senibus vero & hominibus, qui obstipatione alvina habituali aut morbis inflammatoriis laborant, atque in sanguinis congestionibus vel hæmorrhagiis proni sunt, noxia reperiebatur, cum stimulo ex rheo adhibito mala hæc omnia auferentur. Ad scopum roborantem simul ac adstringentem usurpatur rheum contra diarrhœam chronicam ab intestinorum laxitate pendentem, ad resolvendas glandularum abdominis aut colli obstructions, in cachexia, ventriculi debilitate mucositateque, infantum ictero, viarum urinalium ulceribus, fluore albo & ad propellendum suppressum menstruorum fluxum. Dosis pulveris rhei ut purgantis scrupulus, drachma dimidia vel integra, & combinatur plerumque cum aliis salibus mediis atque eleosaccharo aliquo, ut vis purgans augetur, & simul ventris tormina præcaveantur. Etiam cum aqua fervida aut potu arabico infundi & vasculatim ingeri potest; drachmæ radicis duæ ad liquidi libram sufficient. In scopum roborantem vel sola radix rhabarbari, vel cum saccharo aut aromatibus juncta, a granis quinque ad scrupulum dimidium sub pilularum atque pulveris forma præscribitur. Has doses tantummodo de rheo statuimus Russico, indigenum enim semper dosi ad tertiam partem adaucta propinari debet, quia minus valet virtute antecedenti; hinc in medicorum formulis rhei requisiti species verbis exprimi debet, ne pharmacopola unam in alterius locum substituat — Habemus & varia hujus radicis in officii-

Schleppheit der Gedärme, wider Würm-Krankheiten, bey Kolik-Schmerzen, welche von einer in dem Darm-Kanale verborgenen Säure oder von Blähungen herkommen; sie wird daher vorzüglich Kindern, schwächlichen, mit hysterischen und melancholischen Zufällen gequälten Personen sehr zuträglich seyn; Greisen hingegen und Leuten, die an habituellen Verstopfungen der Darm-Ausleerung oder an Entzündungs-Krankheiten leiden, und zu Ansammlungen von Geblüt oder Blut-Flüssen geneigt sind, ist sie nachtheilig, weil von dem Reize, der durch den Gebrauch der Rhabarber verursacht wird, alle diese Uebel vermehret werden würden. Als ein stärkendes und zugleich zusammenziehendes Mittel gebraucht man die Rhabarber gegen langwierige Durchfälle, die von Schleppheit der Gedärme entspringen, gegen Verstopfungen der Drüsen des Bauches und Halses um sie aufzulösen, in der Cachexie, in Schwäche und Verschleimung des Magens, wider die Gelbsucht der Kinder, bey Geschwüren in den Harnwegen, gegen den weissen Fluß und um die unterdrückte monatliche Reinigung wieder zu befördern. Die Gabe des Rhabarber-Pulvers, wenn man es als ein Purgir-Mittel anwenden will, ist ein Scrupel, eine halbe oder auch ganze Drachme. Es wird meistens theils noch in Verbindung mit andern Mittel-Salzen und mit irgend einem Dehl-Zucker gegeben, damit sowohl seine abführende Kraft erhöhet, als auch den vielleicht zu erfolgenden Bauch-Schmerzen vorgebeugt werde. Man kann die Wurzel auch mit kochendem Wasser oder mit Caffee aufgießen, und den Aufguß davon schälchenweise trinken; zwey Quentchen der Wurzel werden für ein Pfund Flüssigkeit hinreichen. Als ein stärkendes Mittel wird die Rhabarber-Wurzel entweder für sich allein, oder mit Zucker und Gewürzen verbunden, von fünf Gran bis zu

nis præparata: ut tincturam rhei aquosam (vulgo anima rhei) leviter stimulantem & purgantem, quæ a drachmis duabus ad uncias duas cum salibus mediis, tamarindorum solutione, aquis destillatis aromaticis vel liquore anodyno commista ordinatur. Extractum rhabarbari magis roborans quam purgans præscribitur vel in forma pilulari vel in aquis destillatis solutum a scrupulo dimidio ad unciam semis. De syrupo cichorei cum rhero alio jam locuti sumus loco (Volum. I. pag. 98.). Interim ab omni rhei usu, urinam atque depositiones alvinas colore croceo tingi, satis constat.

Externe radix rhei in pulverem redacta ulceribus sordidis inveteratis inspergatur, quæ abhinc mundantur, atque ad sanationem perfectam perveniunt. Nonnunquam vero ob ulceris irritabilitatem nimiam opium huic remedio superaddi, deligatioque bis de die renovari debet.

einem halben Scrupel halb in Pillen, bald aber auch in Pulver verordnet. Alle diese Gaben sind nur für die Russische Rhabarber bestimmt worden, denn bey der inländischen müssen die Gaben immer um den dritten Theil größer abgereicht werden, weil sie weit weniger wirksam ist, als die vorhergehende. In den Arzney-Formeln der Aerzte muß daher allezeit die Art der verlangten Rhabarber ausdrücklich benannt werden, damit der Apotheker niemals eine mit der andern verwechsle. — In den Apotheken hat man auch noch verschiedene andere Präparate dieser Wurzel, als: die wässerige Rhabarber-Tinctur (Tinctura rhei aquosa, Anima rhei) die gelinde reizend und purgirend ist, und von zwey Drachmen bis zu zwey Unzen, in Verbindung mit Mittel-Salzen, einer Auflösung des Tamarinden-Markes, mit destillirten aromatischen Wassern oder Hoffmanns schmerzstillendem Liquor verordnet wird. Das Rhabarber-Extrakt, welches mehr stärkend, als purgirend ist, wird entweder in Pillen-Form, oder in destillirten Wassern aufgelöst von einem halben Scrupel bis zu einer halben Unze auf einmahl verschrieben. Von dem Cichorien-Syrup mit Rhabarber haben wir schon an einem andern Orte (1. Band. Seit. 98.) gesprochen. Uebrigens aber ist es bekannt, daß von allem Gebrauche der Rhabarber der Harn sowohl als auch die Darm-Ausleerungen saffran-gelb gefärbt werden.

Außerlich pflegt man die gepülverte Rhabarber-Wurzel in unreine und veraltete Geschwüre einzustreuen, wovon sie nicht nur allein gereiniget, sondern auch zur vollkommenen Heilung gebracht werden. Bisweilen aber, wenn die Reizbarkeit des Geschwüres zu groß ist, muß zu diesem Mittel noch Opium zugesetzt, und der Verband täglich zweymahl erneuert werden.



RIBESIUM RUBRUM. off.
Ribes Rubrum. Bot.
Die rothe Johannisbeere.

Tab. CLXIV.

164. Tafel.

RIBESIUM RUBRUM, *Officin.*

Rothhe Johannis-Beere.

Ribes rubrum, Botanic.

Grossularia non spinosa; Uva ursi; Ribes acidum; Ribes vulgaris domestica. Gallicis, Grosselier rouge; Groseiller à Grappes & fruit rouge. Anglis, Currants.

Classis V. Pentandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Petala quinque & stamina calyci inserta. Stylus bifidus. Bacca polysperma, infera.

Species. Ribes inerme; racemis glabris, pendulis; floribus planiusculis.

Patria hujus fruticis Suecia & aliæ Europæ regiones frigidiores; interim quoque passim in Germania in sylvis, sepibus, dumetis, ad pagos invenitur spontaneus; plerumque vero in hortis colitur. Floret Aprili, Majo.

In pharmaciis servantur roob & syrupus ex fructibus recentibus parata.

Baccæ sive fructus, qui sub finem mensis Junii perfectam attingunt maturitatem sunt globosi, umbilicati, pelliculati, lineis instructi; continent carnem admodum succulentam, coloris grate rubri, odoris acescentis, saporis grati, acido-dulcis. Formant loculum unicum, in quo semina plura subrotunda, non-nihil compressa, coloris læte rubicundi vel pallide bruni includuntur. Ne confundantur baccæ ribium rubrorum cum baccis ribium alpinorum L. quæ minores sunt & saporis

Johannis-Trauben; Ribesel; in Oesterreich Ribesel; Ribizel; gemeine St. Johannis-beere; Ribeschen. Franz. Grosselier rouge; Grosellier à Grappes & fruit rouge. Engl. Currants.

5. Klasse. Fünfmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Blumenblätter fünf. Die Staubgefäße in dem Kelche eingesenket. Der Griffel zweispaltig. Die Beere viel-saamig, unten.

Art. Johannisbeere, sie ist ganz wehrlos, mit glatten hängenden Trauben, und etwas flachen Blumen.

Das eigentliche Vaterland dieses Strauches ist Schweden und andere kältere Gegenden von Europa. Indessen findet man ihn auch hier und da in Deutschland, als in Wäldern, an Zäunen, auf Ängern und nahe bey Dörfern wildwachsend; meistens aber wird er in Gärten gezogen. Er blüht im April und May.

In den Apotheken hat man das aus den frischen Früchten bereitete Muß und einen Syrup.

Die Beeren oder Früchte, welche gegen das Ende des Monats Junius ihre vollkommene Reife erlangen, sind kugelförmig, mit einer nabel-ähnlichen Vertiefung versehen, durchscheinend und mit Linten bezeichnet. Sie enthalten ein überaus saftiges Fleisch, das eine angenehme rothe Farbe, einen etwas säuerlichen Geruch und einen angenehmen säuerlich-süßen Geschmack hat. Sie bilden ein einziges Behältniß, in welchem mehrere, beynahe runde, etwas flach gedrückte Saamen von hellrother oder licht-brauner Farbe eingeschlossen sind. Man hat sich in Acht zu nehmen, daß

dulcis, vappidi, subnauseosi, attendendum est.

Gaudent viribus refrigerantibus atque sitim fallentibus.

Omnibus in morbis inflammatoriis Syrupus & robor ribium aut ribesiorum a medicis commendatur. Adhibentur ad emendandum mixturarum, salinarum imprimis, saporem, vel aquæ atque aliis potulentis solent admisceri, quæ hac commistione sitim egregie fallunt, & non raro faucium inflammationes leves, oris ulcuscula, aphtæ tali quoque ratione curantur. Dosis nequaquam anxie querenda, & ab utroque unum alterumve cochleare parvum, quin aliud superadderetur medicamentum, ad libitum ægrotantium assumi potest.

man die Beeren des rothen Johannisbeer = Strauchs nicht mit den Beeren des Alpen = Johannisbeer = Strauchs (*Ribes alpinum* L.), welche kleiner sind, einen süßen, unangenehm sauern, eckelhaften Geschmack haben, verwechsle.

Sie besitzen kühlende und den Durst stillende Arzneykraft.

Bei allen Entzündungs = Krankheiten wird sowohl der Syrup als auch das Ruß der Johannis = Beeren von den Aerzten als ein gutes Mittel empfohlen. Man bedienet sich derselben entweder um den Geschmack der flüssigen Arznei = Zusammensetzungen, hauptsächlich der Salz = Mixturen zu verbessern, oder man pflegt sie dem Wasser und andern Getränken bezumischen, die dann durch diese Vermischung den Durst vortreflich stillen, und nicht selten werden auch auf diese Art leichte Entzündungen des Schlundes, kleine Geschwüre in dem Munde, oder Mund = Schwämmchen gänzlich geheilet. In Betreff der Gabe darf man nichts weniger als ängstlich besorgt seyn; und von beyden können die Kranken nach Belieben einen oder zwey Kaffeelöffel voll nehmen, ohne daß es nöthig wäre irgend ein anderes Arzneymittel zuzusehen.

Tab. CLXV.

RICINUS, *Officin.*

Ricinus communis. *Botanic.*

Ricinus vulgaris; Cataputia major; Granum regium majus; Palma Christi, Ricinus albus; Ricinus major. Gallis, Ricin; Palme de Christ; Pignon d'Inde. Anglis, Palme of Christ; Wonder - tree.

Classis XXI, Monœcia, Ordo IX. Monadelphia.

165. Tafel.

Treibkörner.

Wunder = Baum; Spring = Körner; Römischer Hanf; Türkischer Hanf; Kreuz = Baum; Becken = Körner; Mollen = Kraut; Rußische Bohnen; Römische Bohnen; gemeiner Wunderbaum; Dehl = Ruß; Agnus = Castus; Palma Christi. Franz. Ricin; Palme de Christ; Pignon d'Inde. Engl. Palme of Christ; Wonder - tree.

21. Klasse. Halbgetrennte. 9. Ordnung. Einbrüdrige.



RICINUS. off.
Ricinus com̄unis. Bot.
Treibkörner große Springkörner

Genus. Masc. Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Stamina numerosa.

Fœm. Calyx tripartitus. Corolla nulla. Styli tres, bifidi. Capsula trilocularis. Semen unicum.

Species. Ricinus foliis peltatis, subpalmatis, ferratis.

Habitat in utraque India, Africa, nec non Europæ provinciis meridionalibus. Apud nos in hortis colitur. In loco paterno arboris mediocris magnitudinem consequitur; in regionibus vero frigidioribus longe minor, & vix per duos tresve annos permanens.

Semina & oleum ex iis pressum in pharmacopoliis habentur.

Capsula oblonga est, nucis avellanæ magnitudinis aut paulum major, ubique aculeis obfessa, coloris ex viridi glauci, trilocularis; in quovis loculo hæret semen unicum ovato-obtusum, utrinque compressum, phaseoli minoris magnitudinis. Vestiantur hæc semina, in officinis semina cataputiæ majoris dicta, cortice tenui, fragili, nitido, viridescente, maculis nigrescentibus & albicantibus variegato. Ablato cortice externo apparet nucleus contentus albus, cuticula tenui cinctus, unctuosus vel oleosus, saporis subacris. Ex his seminibus obtinetur oleum, quod vel expressione vel coctione cum aqua parari solet, & in officinis oleum ricini, oleum ricinum, oleum palmæ Christi, oleum de Kerva, oleum palmæ liquidum, ab Anglis Negro-oil, vel Castor-oil nuncupatur. Oleum ricini expressum sit spissiusculum,

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch fünfmal getheilt. Blumenkrone keine. Die Staubgefäße zahlreich.

Weibliche Blume. Der Kelch dreymahl getheilt. Blumenkrone keine. Griffeln drey, zweyspaltig. Die Saamentkapsel dreyfächerig. Saamen einer.

Art. Wunderbaum mit schildförmigen, fast handsförmigen, sägesförmig eingeschnittenen Blättern.

Er bewohnet die beyden Indien, Afrika und die mittägigen Provinzen von Europa. Bey uns wird er in Gärten gezogen. In dem vaterländischen Boden erreicht er die Größe eines mittelmässigen Baumes; in den kälteren Gegenden aber ist er bey weitem kleiner, und kann kaum zwey oder höchstens drey Jahr ausbauern.

In den Apotheken werden die Saamen und das aus ihnen gepreßte Oehl aufbewahret.

Die Saamentkapseln sind lang, von der Größe einer Haselnuß, oder auch ein wenig größer, an der ganzen Oberfläche mit Stacheln besetzt, von einer grünen in das Eisen-graue spielenden Farbe, dreyfächerig. In einem jeden Fache ist ein einziges abgestumpfteyrundes, von beyden Seiten zusammengedrücktes Saamen-Korn von der Größe einer kleinen Faseole enthalten. Diese Saamen, welche in den Apotheken unter dem Namen Zecken-Körner, oder große Kataputien-Körner (Semina Cataputiæ majoris) vorkommen, sind mit einer dünnen, leicht zerbrechlichen, glänzenden Schale bekleidet, die eine grünliche Farbe hat, und bald mit schwärzlichen, bald mit weißlichen Flecken bezeichnet ist. Nimmt man diese äußere Schale hinweg, so kommt der darin verschlossene weiße Kern zum Vorschein, der von einem eigenen zarten Häutchen umgeben wird, viele öhlige oder fette Bestandtheile enthält, und einen etwas scharfen Geschmack hat. Von

subopacum, coloris ex glauco viridescentis, odoris quidquam violacei, saporis fere nullius aut paulum subdulcis, imprimis nullum acrimoniae sensum in faucibus relinquentis, aliis oleis unguinos ponderosius. Oleum coctione paratum tantummodo majori limpiditate & colore ex albo flavescente a priori differt. Utrumque vero flagrat flamma lucida, atque condensatur frigore in mellis consistentiam. In Anglia copiosissime quidem parari solet oleum ricini; sed ex Indiae occidentalis insulis & ex regione Mexicana ad nos plerumque defertur.

Gaudet virtute relaxante, lubricante & purgante.

Ipsa ricini communis femina in arte medica non usurpantur. Si quis vero ea tamen ordinare voluerit, cortices eorum externos prius esse auferendos, ne obliviscatur, attendendum est, quia in illis acrimonia haeret magna, drastice purgans, & vomitus, atque ventriculi vel intestinorum inflammationes abhinc excitari possunt. Oleum ricini contra varios ad morbos, in

diesen Saamen erhält man ein Oehl, welches entweder durch das Auspressen oder durch das Kochen mit Wasser gewonnen werden kann, und in den Apotheken unter dem Namen Ricinus = Oehl, Castor = Oehl, Palma Christi = Oehl (oleum ricini, oleum ricinum, oleum palmae Christi, oleum de Kerva, oleum palmae liquidum) bekannt ist; von den Engländern aber Negro-oil oder Castor-oil genannt wird. Das gepreßte Ricinus = Oehl soll etwas weniger flüchtig und nicht ganz durchsichtig seyn, eine aus dem Eisen = graue in das Grünliche spielende Farbe, einen etwas weichenartigen Geruch, und beynah gar fetten oder doch einen nur etwas süßlichen Geschmack haben; vorzüglich aber darf es in der Rachen = Höhle kein Gefühl einer Schärfe zurücklassen, und es muß schwerer seyn als andere fette Oehle. Das durch Kochen gewonnene Oehl unterscheidet sich von dem gepreßten bloß durch seine größere Klarheit und durch eine weiß = gelbliche Farbe. Beyde brennen mit einer hellen Flamme, und erhalten durch die Kälte die Consistenz des Honigs. In England wird das Ricinus = Oehl zwar sehr häufig verfertigt; aber dessen ungeachtet erhalten wir doch das meiste aus den westindischen Inseln und aus der Gegend von Mexiko.

Es besitzt erschlassende, schlüpfzig machende und purgirende Arzneykräfte.

Die Saamen des gemeinen Wunderbaumes selbst werden in der Heilkunst nicht gebraucht. Wollte aber jemand sie durchaus verordnen, so muß man sich wohl in Acht nehmen, daß man ja nicht vergesse, ihre äußeren Schalen zuvor hinweg zu nehmen, weil sie eine große heftig abführende Schärfe besitzen, und dadurch Erbrechen, Entzündungen des Magens und der Gedärme hervorbringen können. Das Ricinus = Oehl



ROSA RUBRA. OFF.
Rosa centifolia. Bot.
Die rothe Rose.

quibus evacuationes alvinas magno sine stimulo sollicitare volumus, adhibemus: ut. in colica spasmodica, inflammatoria, imprimis saturnina, passione iliaca, calculi affectionibus & valorum hæmorrhoidalium tumore vel inflammatione cum alvi obstipatione junctis. Præcipue contra quoscunque morbos verminosos a medicis commendatur, non ob vim aliquam specificam; sed quia stimulus a vermibus atque spasmis inde mittigantur. Dosis olei ricini consueta uncia semis vel integra in emulsionem aliqua; ad satisfaciendum scopo autem purgandi duæ saltem requiruntur uncia.

